

ARCHIDOXAE

PHILIPPI THEOPHRASTI PA-
RACELSI MAGNI: GERMANI PHI-
*losophi & Medici Sollertißimi, ac Mysteriorum
naturæ scrutatoris & Artificis absolutis-
simi. Libri X.*

Nunc primum studio et diligentia Adami Schrö-
teri, Philosophi et Poëtæ Laureati etc. è Ger-
manico in Latinum translati, et editi.

Marginalibus annotationibus, & Indice copi-
osissimo, per Ioannem Gregorium Macrum,
Philosophum & Medicum, adiectis.

Floriano Garbarzki Kozak
Amico fratri suo Joas
Gregorius Macer dd.
Jucundi pignus amoris et
veteris fidei.

Tandem in manus Jois
Andr[illegible]
[illegible]

*Cum Gratia & Priuilegio Imperiali
ad Septennium.*

CRACOVIÆ.
*Ex Officina Typographica Mathiæ Wirz-
bietæ, Typographi Regij.*
(1569.)

SVMMA PRIVILEGII.

IMperatoriæ Maiestatis Priuilegio cautum est, ne quis ante Septẽnium citra Adami Schröteri Silesij voluntatem Theophrasti Paracelsi, aliorumq́ insignium in Philosophicis, Chimicis, Medicis, et Poëticis authorum libros, eiusdem studio et diligentia editos, imprimat, aut alibi impressos importet, venalesúe habeat intra omnes Ditionis eius fines, qui secus faxit, confiscatione librorum, et pœna fisco Imperatorio exsoluenda multabitur, vt latius patet in ipso diplomate.



CANDIDO LECTORI

IOANNES GREGORIUS MACER PHILOsophus & Medicus, Spiritum Pietatis, Synceritatis, Intellectus, & Solertis laboris, cum Salute, precatur.



DMIRABERIS LECTOR AMIce, fortasis aũt etiã dãnaueris editionem hanc Mysteriorum Naturæ, Magnalium DEI, Magisteriorum Medicinæ, Scientiæ operationum Præparatiuarum, Lucis deniq; ipsius totius Philosophiæ et Medicinæ Theophrasticæ communicationem. Quis enim non admiretur, potuisse aliquando Adamũ Schröterũ eò adduci rationibus hominum magnorum, et amicorũ petitionibus, ac persuasionibus plurium adhortationum, vt tantum DEI et Naturæ Mysteriorũ, Magnalium, atq; Secretorum thesaurum, nõ solum Teutonicæ nationi, amplissimæq; Germaniæ, qua videlicet lingua ab ipso Authore Theophrasto scriptus est, exhiberet: sed, quod maximum est, omniq; laude dignũ, purè ac summa fide et diligentia, latine redditũ toti propemodũ mundo communicaret? Magna certè laus est, tãta erga Deum ac proximum duci pietate, vt neq; Dei Maiestati in suis Magnalibus, dum publicã-

tur, detrahatur quicq;, neq́ue proximi bonis, quæ vel occultãdo ſupprimi, vel ſiniſtrè interpretando impediri, aut certè negligenter edẽdo perturbari potuiſſent, vlla in parte inuideatur. Legent itaq; iam hæc, et quidem alacri vultu, in extremis Gadibus Hiſpani, Legent Galli, Legent Itali, Legent à Mari mediterraneo ad Polũ vſq; et Mare glaciale, vltra Oceanum longè lateq; extenti Germani, Sueui, Dani, Liuones, Vandali, Gotthi, Legemus et nos Vngari, Poloni, Dalmatæ, omnes deniq; oræ ac regiones ad quas vel Latinus ſermo aliquando peruenit, vel morbus vnquam difficilior acceſsit, vel vbi ſalubris vita hominibus chara eſt, vel vbicunq; metuitur infirmitas. Habes itaq; amice Lector quod admireris in Adamo noſtro, habes quod in eo ames ac probes, deniq; cuius gratia nonnihil ei gratitudinis debeas: quod autem iurè ac recta cum ratione in eo damnes, aut reprehendas, nondum ſanè ego quidem perſpicio. Quanq; ſcio et expertus ſum ipſe, dum hæc ederentur, fuiſſe quoſdã adeo naſutos, adeo veteratores, adeoq; caninos omni hũanitate exutos Cynicos, vt et tũ, quacũq; ratione poterant editionẽ impedirent, et nunc plurimum obloquentes latrare non deſiſtant. Verùm cùm eorum latratus præter rationem inſanire videam, non

deam, nō modò nihili faciendos esse ipse censeo: Verum etiam (quum inter alios meas quoq; ad- hortationes, vt ederent, adibuerim, proq; ea quæ mihi cū Adamo est amicitiæ coniunctio, laborū editionis socius fuerim, et maioris perspicuitatis, cōmoditatisq; gratia, marginales inscriptiones, cū Indice apposuerim, ac proinde calumniatorū latratus etiam me petere videam,) vt ab alijs bo- nis ac pijs Lectoribus quoq; nihili faciendi iudi- centur, hoc loco proferendos et detegendos du- xi, vt cuiq; constet, quā tabidus sit quorundā se- ipsos amantiū liuor. Obijciunt itaq; illud Euan gelij, Nolite Margaritas proijcere porcis. Item illud Authoris. Nō tamen hæc in cōmune omni- »
bus, sed nobis solis, nostrisq; scribimus, à cōmu- »
ni aūt plebe, muro forti, seraq; firma secludimus. »
Postremò nondū venisse tempus quo ista publi- cari debuerant. Huiusmodi itaq; latratus, amice Lector, vide quæso quid rationis habeant. Nam quod ex Euangelio proferunt, id in eum sensum trahunt, ac si soli ipsi homines essent, soliq; digni sint hæc preciosissima Dei dona, ac verè marga- ritas, habere, omnes aūt alij porci sint, et his bo- nis indigni: nos verò qui hæc edimus, latrones ac fures simus, et dissipatores bōorū. Sed audi quæ so quid huic latratui dicā: Nimirū omēs quidem,

 qui amo-

qui amore DEI et Charitate proximi accensi, gaudent et desiderãt mysteriorum archanorũq́ cognitionẽ adipisci, quorũ in numero te quoq́ Lector collocamus, Homines esse: nos verò qui hæc, huiusmodi viris desideriorum communicamus, dispensatores fideles mysteriorum DEI: illos autem ipsos, qui hæc proximis inuident, et in cænum suæ ipsorum inuidiæ conculcant, porcos esse atq́ sues Beoticas, quòd more porcorũ etiam meliores quosq́ fructus auidissimè et inuidissimè stercoribus misceant et deuorent. Sed qd illud est quòd ex Authore citãt? proptereané edi non oportuit, quia Author non in cõmune, sed sibi, suisq́ scripserit? ac obiecto muro et sera firma alios, tanquã non suos excluserit? Imò verò quia suis sibiq́ scripsit, ideo edendi fuerunt, vt sui, qui per vniuersum orbem dispersi sunt, hac ratione passim colligantur, et turmatim ingrediantur hortum hunc Secretorũ Theophrasti, ipsis solis ab Authore præparatum, et hac claue apertum. Nonné Aristoteles Alexandro Macedonum Regi Magno, se sua physica ita edidisse respondit, ac si non essent edita? igiturné non imprimentur Aristotelici libri? Absit. Quid Arabs ille philosoph9 et Rex solertissimus Geber? An nón ita scriptum reliquit, Nobis solis, artem ꝑ nos solos inuestigatã edidimus, et nõ aliꝭ, etc.

An ergo

An ergo propterea Gebri ſcripta nõ fuerãt præ- lo ſubdenda? Imò ideo hæc et ſimilia in publicũ emittenda ſunt, vt quia obſcurè ad omniũ vtilita tẽ ſcripta ſunt, omniũ ingenijs maiori diligentia dũ exquiruntur, maiorẽ veritatis lucẽ conſequã- tur, maiorẽq; etiã hominibus vtilitatẽ afferant. Audiant igitur blateratores iſti, et Notent ſibi, Neq; in philoſophia, neq; in Spagyrica, neq; in ,, Medicina, eſſe eos porcos aut indignos, aut ex- ,, tra Theophraſtũ Ipſi nõ ſuos quicũq; hæc intel ,, lexerint, et ope laboris manuũ ſuarũ cõplere ſci- ,, uerint. Verba .n. edi poſſunt et imprimi: at ma- ,, nualis operationis induſtria, in cuiuſq; experien- ,, tia ſita eſt, neq; typis imprimi poteſt, imò vix ore ,, tenus tradi, niſi per manus. Ridiculum verò eſt, ,, quod de tẽpore ab iſtis Semideis et pſeudotẽpo- riſtis obijcitur, quibus cùm non ſit datum noſſe tempora et momenta, neq; venerit ipſis hora pu- blicandi: neſciunt nobis veniſſe noſtrã, Ipſis igit nondũ venit tẽpus, at nobis certè aduenit, eas ſe- cũ ducens publicandi cauſas quæ õnino immuta- ri nõ potuerũt, neq; refelli. Quarũ quidẽ vna ẽ, ipſe finis, ad quẽ à Deo creati ſum9, vt cognoſcã9 ſc. opa Chriſti, per Theologiã, et opa naturæ, p philoſophiã, quæ nuſq; rectius vniuerſæ naturæ Anatomiã tradit, q; in his p Theophraſtũ libris Archidoxes.

Altera eſt

AD LECTOREM.

Altera ẽ plurimorũ honorũ, deq́ republica litera ria benè meritorũ adhortationes assiduæ. Tertia vt redderetur lumen Theophrasticæ Phiæ ac Medicinæ, Ars scilicet et Magisteriũ præparationũ, ob cuius defectũ et imperitiã, optimi authoris, optĩa et planè Angelica philosophia, passim iã malè audire cepit. Quarta quòd cũ intellexerimus quosdã alios, (q furto acquisitũ opus, corruptũq́ pluribꝰ mẽdis passim distrahũt,) nõ modo priuatim mẽdosè cõmunicare, sed etiã palã edere velle: maluimus ita syncere ac clarè bonis omnibus impertiri, vti fideliter ad nostras mãus ꝑ mille pericula, et infinitos labores nostros, peruenit. Quinta et vltima est (vt cõmunẽ tã languentiũ, q́ bene valẽtiũ vtilitatẽ taceãus) Autor ipse qui scripsit. Si enim scripsit, cur nolit ꝓmulgari? aut si noluit vt aliquãdo edãt, cur scripsit? Sed nolo ãplius sermonẽ extendere. Tu amice Lector benigno animo editũ benigniore suscipito, fideliter et magno cũ Iudicio lege, relege, labora, operare, reitera, Et proculdubio tantorũ Secretorũ particeps in Honorem Dei Authoris Mysteriorum, et vtilitatem proximi per Experientiã Considerationis Naturæ efficieris.

Vale.

P

ILLVSTRI AC MAGNIFICO DOMINO, DOMINO *ALBERTO A LASKO, PALATINO Siradiensi, Libero Baroni in Rytwiany, Domino ac Hæredi in Keßmarckt & Dunaiecz &ct. Domino suo gratiosißimo.*

Adamus Schröterus Silesius &ct.



AMPLISSIMAM LAudem, atq; Augustißimã Medicinæ maiestatem si quis considerare volet, Illustris Heros Alberte à Lasko, is animo reuoluat oportet, nõ modò antiquitatem eius, vnde omnium artium et sciẽtiarum, dempta tamen semper Theologia, primas facilè obtinet: Verùm multò magis ineffabilem humani generis ex infirmitatibus tot specierum, calamitatem, et nunquam satis deplorabilem miseram: ac Diuinæ contrà misericordiæ, et æternæ sapientiæ incompræhensibilem benignitatem. Ita siquidem futurum est, vt et Medicinæ, quæ solius Dei misericordis immensum donum est, dignitatem et amplitudinem rectè cognoscat: et ea cognita, nõ temerè, non auarè, neq; indoctè, neq; illotis manibus: sed

I. **De Medicina in genere.**

b cum ti-

cum timore et inuocatione Dei, vnde initium sapientiæ est: et cū charitate proximi, vnde fœlicitatis origo et incrementum procedit: et sapienter, purè, ac sanctè, comparatis omnibus, legitimè et ineuitabiliter necessariis, ad eam tractandam accedat. Nam si quis existimet cum plurima hodiernorum medicorum plebëia turba, Medicinæ fontes aut Arabes esse, aut Indos, aut Græcos: atq; adeò antiquitatē eius referat ad Auicēnam, aut Machaonem, aut podalyrium, aut Hypocratem, aut Galenum, aut alios quosuis eiusdem professionis homines: ideoq; cùm apud se concludat, tùm etiam passim apud alios prædicet, fundamenta, capita, artem deniq; totam Medicinæ ab iis petendam et summendam esse: is, non meo, sed Dei et naturæ iudicio, vehementer errat. Horum enim, quos modo nominaui, omnium et singulorum, studium quidem in re medica laudandum censeo: et imitandam in inquirendo diligentiam suadeo: tum etiam magni eos faciendos iudico: vtpote qui ea ad posteritatē transmiserint, quæ ipsi magnis laboribus experti cognouerunt: Non tamen eos tanti facio, vt Capita, authores, aut Monarchas medicinæ constituam. Fuerunt procul dubio magni viri: profuerunt sui temporis hominibus plurimis: experti sunt multa: explorauerunt nō

De origine Medicinæ.

Veteres medici non sunt capita et fontes medicinæ.

Quid in veteribus probandum.

pauca

pauca naturæ ſecreta: eò tamen nunquam peruene-runt, vt aut veram medicinæ originem indagarent, aut eius tractandi rationem, modumq́ꝫ cognoſce-rent: tantùm abeſt, vt primatum in ea obtinere poſ-ſent. Quodſi quis hæc à me iniquo in eos animo di-ci exiſtimat, conſideret quæſo Hypocratis, Galeni, omniumq́ꝫ hos ſequentium doctrinam: quia Macha onis, Podalyrij, aliorumq́ꝫ antiquiorũ opera, præ-ter famam fabulis aſperſam, ad nos non peruene-runt: Et inueniet in omnibus eorum ſcriptis, veram medicinæ originem, artemq́ꝫ non contineri. Habẽt enim fragmenta duntaxat quædam veriùs, quàm ar tem ipſam, aut eius originem. Id quod ſi de Hypo cratis ſcriptis oſtendere, non dubito, quin idem de omnium aliorum libris iudicetur: quum omnium iu dicio ipſe reliquis omnibus, quantum quidem ipſe conſequi potuit, præſtantior, excellentiorq́ꝫ habea tur, haberiq́ꝫ meritò debeat. Huius igitur ſcripta quamuis pulchra ſint omnia, minusq́ꝫ habeant erro rum ſi ad alios conferantur: tamen cùm ſtatim ab i-nitio impingat, naturæq́ꝫ Anatomiam ignoret: ac principiorum ſcientiam in elementis collocet: mor-borum autem originem ad humorum exceſſum, ſa-nitatem verò ad eorundem æqualitatem, tempera-mentumq́ꝫ referat; rectè iudicare volenti facilè appa ret, eius

Veteres veram medicinæ originem ignorarunt.

Veteres fragmenta tantum, et non totã medicinam habent.

De Hypocrate.

In quibus Hypocrates deficiat.

ret, eius

Hypocrates experimenta particularia: non totam artem habet.

De Aphorismis.

ret, eius scripta Monarchiam non mereri, tantumq́ particularia quædam experimenta, non vniuersam artem medicam in eis contineri. Si quis mihi Aphorismos obijciat, tanquam generalem quandam scientiam, artemq́ continentes: huic ego facilè ab ipso nomine ducto argumento respondero, eos breues quasdam artis regulas esse: sed nec omnes artis regulas in eis contineri: nec eas ad artis totius constitutionem sufficere. Nihil enim omnino habent, quemadmodum et cæteri eiusdē libri, de Medicinis, Morbo, Cœlo, membro, ætatiq́; uiq́, appropriatis, et certis: adeò vt in libro de veteri medicina, ipsemet fateatur, medico rarò contingere exactam certitudinem videre: Accedit etiam illud, quod non modo appropriatis caret medicinis: Verùm etiam quas describit, eorum veras et legitimas præparatiões neq́ annotauerit: neq́, vt ex eius scriptis quisq́ iudicare potest, agnouerit. Quamobrem, cùm duo hæc, quæ maxima sunt in medicina, et sine quibus ipsa constare omnino nequit, in vniuersis Hypocratis scriptis deficiant: quid mirum, si, non vituperandi eius animo, sed veritatem sequendi studio, confiteamur medicinam Hypocratis mancam, insufficientēq́ esse, et exactam certitudinem non habere. Qualis enim ars est, quæ exactam certitudinem non habet? aut quæ appro-

Hypocrates nihil habet de medicinis appropriatis.

Hypocrates veras medicinarum præparationes ignorat.

Hypocratis medicina manca & insufficiens.

quæ appropriata non agnoscit? aut quæ legitimas præparationes, additiones, exaltationesq́; creatæ appropriatæ medicinæ ignorat? Sed fortasse hæc quæ dicimus, minus quispiam benè intellexerit: Exemplum igitur proferamus huiusmodi. Comitialis morbi multa passim apud Hypocraticos extant remedia, vt radix Brioniæ, Pæonia, Os de corde Cerui, Coralli, et cætera. Horum quodnám quæso dices appropriatum morbo comitiali? Non nego quin hæc aliquid faciant, maximè Coralli, ex innata quadam virtute, nõ contra morbum comitialem, sed purificante Cor, Cerebrum, et Phantasiam, quæ purificata cum sunt, et illustrata veluti radio vitæ, conuulsio comitialis accedere nequit. Non tamen est aliquod istorum Comitiali morbo appropriatum: ideoq́; alios quidem ab eo liberant, alijs verò nihil omnino prodesse possunt, quod in appropriatis contingere non solet. Verùm, ea quæ diximus, declarandi studio, concedamus aut aliqua, aut omnia prædicta, appropriata fore morbo sacro: iam quæro, vbi habes aut apud Hypocratem ipsum, aut apud alios eius sequaces, veram præparationem eorum? nisi fortè eam existimes, qua in puluerem rediguntur. Atqui hæc, molitoria, non philosophica præparatio est. Vbi habes veram additionem? Vi-

Declaratio ab exemplo.

De appropriatis.

De præparatione.

 numtu

num tu forsitan existimabis, vt scilicet potari valeant: Vt cum siccus puluis minus benè in stomachũ descendat, Vini lubricitate fluida facilius deferatur. Est quidem hoc additamentum astutum, ne dicam bibulosum: sed illud dico, vbi est eius exaltatio, qua potenter agat contra morbum? Vbi est virtus renouata, et veluti regenerata in potentia geminata, aut triplicata, aut centuplicata, aut millecuplicata? Taces? Miraris? Et fortè quid dicam, non intelligis? Dicam igitur vt intelligas, et cum intellexeris, mox concedes sat scio. Concedo ego in gratiam vestrã, Pæoniam, aut aliquod prædictorum esse appropriatum medicamentum morbi sacri: illud autem dico, quòd puluerem in tenuissimum redacta, et cum Vino tepido exhibita: nullam habent idoneam præparationem, per quam virtus appropriata, esset à corpore non appropriato separata: et eò reducta, vt statim intra corpus assumptum, morbum captiuaret, et occideret. Exhibetur ergo vestra ratione corpus et virtus simul, datisq; ventriculo id, quod vos facere ignoratis, vt scilicet ipse corpus à virtute separet: et virtutem dirigat contra morbum in prælium: corpus verò separatum à virtute, expellat per secessum et stercora. Iam autem dico, antequam ventriculus hanc separatiõem faciat, morbum ter et quater posse citius

Præparatio veterum non separat virtutem à corpore

ſe citius recurrere. Iamne intelligis quod dico, iam, ne vides in vniuerſum apud Hypocratem, et omnes eius ſequaces, nullam veram medicinarum præparationem haberi? Hoc autem confitearis oportet, medicinam abſꝗ vera ſua præparatione, ſimilem eſſe agro et ſemini non præparatis ad ferendum fructū.

Medicina ſine præparatione, infructifera.

Sed hæc exempli gratia hactenus nos tractaſſe ſufficerit. Neꝗ verò ſolùm duo iſta, quæ iam diximus, in Medicina Hypocratis deſideramus: ſed plura alia, quæ hoc loco, ne prorſus bellum ipſi nos indixiſſe videamur, libenter omittimus. Satis nanꝗ ex his conſtare credimus, non modò mancā ipſius eſſe medicinam, verumetiam, antiquitatem, Authoritatemꝗ; medicinæ ad eum non referendam eſſe, ac multò minus ipſum in ea primas obtinere.

Authoritas medicinæ non referenda ad Hypocratem.

Altius itaꝗ nobis aſſurgendum eſt, originemꝗ ipſius, etiam ſupra Machaonis et Chironis, imò et Apollinis ipſius tēpora referre nos oportet. Aêquum autem eſt, vt eius originem ad eos maximè referamus, qui et ſani quàm maximè vixerunt, et ætatem vitæ longiſſimam exegerunt: quales nobis ſcriptura commemorat patres antiquiſsimos, Mathuſalem, Henoch, Seth, Adam, et cæteros. Hi enim omnes naturæ ſcientiam, quam per peccatum amiſerant, Dei mandato, per Angelos edocti iterum, veriſsima, efficaciſſimaꝗ

Origo veræ medicinæ, à Patribus ad Deum ipſum referenda.

Geneſis 5.

ſimaq́; medicina vſi ſunt: adeò vt nulla ipſis medicinæ pars fuerit ignota: præter eam, quæ immortalitatem, vitæq́; æternitatem abſq́; morte confert: quā ne attingerent, angelo interpoſito Deus ipſe prohibuit. Neq́; eſt quòd mihi obijcias, hoc modo et ratione, cæteras quoq́; artes, et totam philoſophiam, ad illos referri: nam et ſi id concedamus, non contra nos eſt, et ſi negemus, nihil contrà concludere poteris: maximè cùm ſcriptura dicat, Altiſsimum creaſſe de terra medicinam, et dediſſe hominibus ſcientiam, vt honoretur Altiſsimus in mirabilibus ſuis. Eſt enim Medicina, non minima pars Magnalium, et mirabilium Dei: quam humanum ingenium, neq́; noſtris, neq́; ipſorum patrum ſupra nominatorum temporibus, ex ſeipſo cognoſcere potuit, poteſtuè: niſi manifeſtante Deo ipſo mirabilia et magnalia ſua, per adminiſtratorios ſpiritus ſuos: quorum conſuetudine, cùm ſcriptura doceat, dictos Patres plurimum vſos fuiſſe, quomodo quæſo cogitare poſſumus, eam non ab Angelis eos didiciſſe? Maximè, cùm recens illa recordatio per peccatum amiſſæ integritatis, et ſapientiæ Adami, maximos ſtimulos in pectoribus illorum ſubinde excitauerit, ad cōſequēdam ex miſericordia Dei, nouam ſapientiam: et conſideratio miſeriæ et morborum, mortiſq́; ipſius, coegerit ad

Geneſis 3.

Eccleſi: 38.

Vetuſtiſsimi patres ab angelis medicinam didicerunt.

ægerit ad maximam curam medicinæ impendendam. Nonne autem vel Tobiæ iunioris, Raphaelisq́ Angeli exemplo, constare potest, ipsos Angelos Medicinam Patres sanctos docuisse? Accedit illud quoq́, quòd vita ipsa, mutuaq́ sanctorum patrum conuersatio, non inepta colloquia, qualia sunt hodiernorum hominum, admittebat: sed sancta, pura, docta in sinceritate, De Deo, deq́ rebus ab ipso creatis, earum virtute, efficacia, et Medicina. Honorabant autem Sapientiam propter Deum: Medicinam tùm propter Deum, tum propter necessitatem. Docebant eam per manus transmittentes ad posteritatē: Mansissetq́ hucusq́ incontaminata medicina, nisi eam impiorum peruersitas impediuisset, quæ non modo Diluuio punita est, sed et ignorantia, et obliuione, et ætatis vitæ abbreuiatione. Nam cum abundaret iniquitas, noluit Deus eam vitæ longitudinē permanere, quam Patres sancti beneficio Diuinæ medicinæ ad nongentesimum etiam annum extendere poterant: sed ad centum viginti annorum spacium contracta est: Et statim post Diluuium obliuio, et ignorantia medicinæ successit. Neq́ enim cogitādum est, hodie non extare eam Dei creaturam, quæ vitam humanam ad plures centenarios annorū prolongare possit ex virtute, quam in ipsa creatione acce-

Tobiæ 6.

Impiorum peruersitate medicina est obfuscata.

Genesis 6.

Etiam hodie extāt simplicia vitā prolongantia ad plures ætates.

neaccepit: neque quòd omnino nolit Deus hominem supra 120. annos posse viuere, maximè pium, et timentem Deum: sed illud est pro confesso habendũ, quòd crassa ignorantia nostra, ferè nihil nouit eorum, quæ Deus Magnalia conclusit in creaturis.

Ignorantia magnalium Dei in nobis.

Cæterum non modo in dictis Patribus videre est, medicinam Diuinitus dari, et naturæ misteria ab eo reuelari per Angelos: sed etiã ex Hermete illo Trismegisto, qui, cùm ardentissimo naturæ cognoscendæ studio laboraret, non solum naturæ abdita magnalia cognouit: sed totius creationis seriem, atque adeò sanctæ Trinitatis mysterium, per visionem intelligere meruit.

Hermes Trismegistus medicinam per Angelos didicit.

Magna itaque est veræ Medicinæ maiestas, magna amplitudo, Heros Inclyte, partim ex eo, quia à solo Deo procedit: partim, quia naturam vniuersam agnoscit et eius profunda secreta euoluit: partim, quòd sine agnitione Dei, eiusque singulari misericordia et benignitate habere, adipiscique nulli verè licet.

Medicinæ maiestas magna.

Medicinam veram nullus sine Deo adipiscitur.

Atque vtinam hoc, aut veteres intellexissent, aut moderni intelligere vellent: Nõ vtique tot haberentur personati Medici, de quibus et Hypocrates in Lege conqueritur, qui videlicet neque nati sunt ad medicinam: neque eam pietatem habent, vt Diuinitus doceantur: cùm sint pleni auaritia, superbia, inuidia, sine charitate proximi, sine cultu et di-

lectione

lectione Dei, mundani toti, delitiosi, pomposi, garruli, iactabundi, et inanes. Reliquarum certè artium quælibet suis à præceptoribus discitur, vna Medicina et Theologia Diuinitus dantur. Cuius etem est Medicinam creare, eiusdem dare, et benedicere. Sanè, nisi quis Deum diligens, charitatem proximi habuerit, verè Medicus esse nullo modo poterit. *Nullus verus medicus sine charitate proximi.*

Ex quo facilè sequitur, veterum Medicinam omnem, à Diluuio, vsq; ad nostra tempora, vnico excepto Hermete, mancam, mutilam, plurimorum errorum labirinthis intricatam, et defœdatam fuisse. Impossibile siquidem est, Medicinam integram et sibi constantem haberi posse, sine agnitione Dei: sine pietate: sine illuminatione Diuinitus accepta. *II. De medicina veterum. Medicina à Diluuio ad nos vsq; manca.*

Certè non caret graui mendacio, quòd à plerisq; dicitur, Podagram, Paralysim, Hydropem, Quartanam, et similes morbos, incurabiles esse: quamuis multum innitantur authoritati versiculi dicentis, Hydropem et Quartanam esse medicorum scandala plana. Quid enim? Quomodo debent isti incurabiles esse morbi? An quia, quos Deus morbos ob peccatum immisit humano generi, eorum remedia creare nesciuit? aut non potuit? aut non voluit? *Morbi priscis incurabiles. Nullus morbus incurabilis.*

Non voluisse ne dixeris. Quomodo enim, cùm morti æternæ remedium dare voluerit: temporali infir-

 mitati

mitati remedium creare noluisse censebitur? Aut quomodo, cùm placuerit cum morte temporali, omnes morborum species in hominem immittere, ob vindictam: non voluerit omnium remedia creare, ob misericordiam et bonitatem? Imò et voluit, quia misericors, bonus, et iustus: Et potuit, quia omnipotēs; et sciuit, quia ipsa sapientia est. Creauit ergo procul dubio medicinas tollentes Podagram, Paralysim, Hydropem, Quartanam, Hecticam, et cæteros morbos: creatasque ab initio ad nostra etiam usque tēpora conseruat: conseruabitque ad finem mundi: Quòd autem eas ignorent medici, primum facit ἀθεότης ipsorum: parum siquidem curant Deum: minus proximum: maximè pecuniam. postea supina negligentia in inquirendo Magnalia Dei, et secreta naturæ. Quomodo enim inquirent eius magnalia, quem ipsum aut esse non credunt: aut non cognoscunt: aut parum curant. Hypocrates quidem monet, cognoscendum esse Medico, si quid sit Diuinum in morbo: Verùm ne is quidem Deum cognouit, nedum alij eius sequaces. Posteriores verò, etiamsi cognoscunt, cognitum tamen negligūt. Gentilibus Stagyritæ Aristotelis disputationibus, et Galeni dicterijs, Hypocratisque aphorismis, si satis volubilem linguam habuerint: satis est ipsis ad titulum; satis est ad pompam. Teneras manus læderent, si

Medicorum veterum capitalia mala.

1. *Neglectus Dei.*

2. *Neglectus magnalium.*

rent, si fortè secreta naturæ indagarẽt. Tertium est 3.
quod ignorare facit medicinas, stulta persuasio: *Stulta persuasio de Hypocrate & cæteris.*
quam sequitur crassa, et Ægyptiarum tenebrarum
instar palpabilis ignorantia. Stultè enim credunt,
vniuersam medicinam Hypocrati, Galenoq́ꝫ constitisse: nec præterea quicquam esse posse medicum,
quod ab illis non sit literis traditum. Quartum est, 4.
ineptia laborum et præparatiõum. Sunt enim adeò *Laborandi & Præparandi imperitia.*
inepti pleriq́ꝫ, vt nisi Apothecariorum opera et diligentia medicinæ conficiantur, ipsi neq́ꝫ eas agnoscunt: neq́ꝫ vel vnum Syrupum aut decoctionem facere norunt: tantùm abest, vt medicinas legitimè pͣparare sciant, et subtiliare, ac separare grossum à tenui, et purum ab impuro. Atq́ꝫ reuera dicere possum, etiamsi creatam, et appropriatam Podagræ medicinam, in promptu habent: tamen eam præparare, atq́ꝫ ad vsum conferre nesciunt. Vniuersa enim
eorum præparatio, in Syrupis, Trociscis, Pillulis, *Præparatio Apothecariorum inutilis.*
decoctionibus, et his similibus deliramentis consistit: in quibus omnibus, vel corpus et virtus simul manent: vel virtus et corpus simul abijciuntur, et phlegma manet. Atq́ꝫ adeò misera est eorum præparatio, vt carnificina potius infirmorum dici me- 5.
reatur, quàm medicina. Quintum est, Signatorum *Signatorum, & Anatomiæ mundi, et Simplicium, ignorantia.*
et Anatomiæ mundi, ac simplicium ignorantia.

Quotus enim quisque vel medicorum nostri, priscique temporis: vel Apothecariorum est, qui creaturarũ signata cognoscit: qui ea ad anatomiam morborũ, mundi, et hominis applicare potest? Nullus profecto, nullus: atque adeò nullus, vt nisi Dioscorides scripsisset stirpium historiam: annotassetque vim cuiusque, quam militando audiuit: nemo eorum sciret, quid cui morbo conueniat. Adeò enim sunt periti Medici, vt vel vnius Maluæ signatum non videãt, nec intelligant. Nam quia herbæ, et omnis creatura præter hominem vocis impotens est articulatæ: docere vires suas non potest. Deus autem homini Signata proposuit in creaturis, tanquam scripturã certam. et infallibilem: quam diligens, verusque Medicus cognoscit, et cognoscere debet. Exempli gratia. Alchechengi Signatum habet, Scroti, Testiculi, Renum, Vesicæ, et Calculi. Ac si diceret se inspicienti medico. Ego sum creatura Dei, habens medicinam his membris humanis conuenientem, quæ in mundo maiori Deus me esse voluit: accipe me, p̃para: et exalta: et ostendentur tibi mirabilia magnalium Dei, quæ in me conclusit contra calculum, fissuras vesicæ, exulcerationes virgæ, Renum, et Testiculi. Sic nimirum nobiscum loquuntur herbæ, lapides, gemmæ, et similes creaturæ, per sua Signata.

Quod autem de Dioscoride, id etiam de Auicenna, Galeno, alijsque dictum volo.

Exemplum de Signatis.

Omnis creatura, loquitur per sua Signata.

Sunt alia

Sunt alia plurima, quæ Medicos personatos nobis ex tot Vniuersitatibus protrudunt: per quos adeò miserè medicina tractatur, adeò malè audit: Vt nullus propemodum sit infirmorum, qui non expauescat, horreatq́ꝫ: quoties etiam præsente Medico assumpturus est pharmacum. Quin plerióꝫ sunt, qui rusticorum et vetularum suasu dictas medicinas libẽtius et tutius assumunt: quàm Doctorum et Apothecariorum Syrupos aut Pillulas. Similis sanè est, et erat medicina, domui ædificatæ super arenam, cuius tecta, parietesq́ꝫ, et fundamentum ipsum iamiã ruinam minantur. Quorsum autem hæc processissent amplius, nisi eadem Dei immensa misericordia, quæ et lapsum humani generis miserta est: et morborum omnium creauit remedia: denuò ad vsum et cõseruationem hominum: per electum suum ad gloriam nominis sui Medicum, Theophrastum Paracelsum: deprauatam infinitis erroribus medicinam, ad genuinum splendorem reuocasset? Sed quia omnis propemodum turba medicorum, et viuenti huic miserè inuidebat: et iam defuncto, eiusq́ꝫ scriptis, quãtum potest, vbiq́ꝫ malè obloquitur: necesse est, vt quædam de ipsius Medicina in genere loquamur: quò palam fiat omnibus, quid intersit inter huius, alteriusq́ꝫ partis medicinam: sciatq́ꝫ Vniuersus orbis,

Metus Infirmorũ in summendo pharmaco.

Comparatio.

Dei misericordia reuocauit medicinã ab interitu, per Theophrastum.

III. De medicina Theophrasti.

sus orbis, quid sequi, quid fugere debeat: quem asſciscere, quem repellere Medicum: et cui vitam, sanitatemq́ suam, liberorum, proximorumúe suorũ concredere oporteat.

Quid.

Est ergo Medicina Theophrasti Paracelsi, certa morborum internorum et externorum curandi, sanandiq́ peritia: certa sanitatis conseruandæ, nulloq́ accidente amplius violabilis integritatis, scientia: certa deniq́, corpora ab omni infirmitate, vsq́ ad terminum Diuinitus cuiq́ præfixum, præseruandi notitia: ex Diuina reuelatione, naturæ Signatis, et Astronomiæ notionibus desumpta: per artem Spagyricam, subtiliata: per Philosophiam inuestigata, disposita, applicataq́: et per experientiam confirmata.

Partes medicinæ Theophrasticæ.

Hoc autem quod dico, ita se habet: Vniuersa ipsius medicina, bipartita est, Chirurgica, et Physica.

Chirurgica.

Chirurgica vniuersos corporis humani morbos externos comprehendit: eorumq́ veram sanandi rationem perdocet. Hæc in tria summa genera diuiditur: quorum primum est, de Vulneribus in genere: continens omnium vulnerum sectorum, punctorum, fractorum, combustorum, ex morsu venenato factorum, ex sagittis, bombarda, aliisq́ militaribus aut artificum instrumentis acceptorum: curationem, Emplastra, Olea, Vngenta, Potiões, Pulueres:

De vulneribus omnis generis.

ueres: quibus citra molestiam infirmi, citra Suturas, breui tempore, citra omne accidens et periculum exacté, bené, ac pulchré curentur, quæcunq; sunt vulnera naturæ curabilia. Alterum genus est Vlcerum manantium, Fistularum, Cancri, Lupi, apostematum omnium, cuiuscunq; speciei: docens causas singulorum, processus, incrementa, signa, et certa ac vniuersalia remedia. Tertium est de omnibus speciebus, transplantationibus, et commixturis morbi Gallici cum alijs morbis omnibus internis et externis: deq; vera et exacta omnium specierum cura: et reprehensione eorum qui in morbo Gallico curando sinistré procedunt, et infirmos de malo in peius corrumpũt. Atq; hoc intrepidé dicere ausim, quòd quamuis Chirurgica sint hæc, quorum capita nunc recensuimus: tamen tantam continent Philosophiam, et naturæ explicationem: quantam omnes veterum Medicorum libri in vnum collati non habent: adeò vt si nihil vnq; amplius scripsisset: tamen hoc vno opere immortalem sui memoriam et expectationem reliquisset. Alteram quoq; tamen Medicinæ partem, non diuisit neglectam: sed totam Phisicam duplici methodo tractauit, Theoricé videlicet, et Practicé: Et quamuis vt plurimum vtranq; methodum coniunctim tractet: tamen nihilominus etiam libro

De Vlceribus & fistulis omnis generis.

De omnibus speciebus morbi Gallici.

De Imposturis.

Physica medicina.

am librorum diuersitatem hac in parte obseruauit.

Theorica. In Theoricis igitur docet, Primo, Dispositionem et Separationem rerum maioris mundi, vt in Philosophia ad Athenienses: Secundo, Quatuor esse fundamenta verè medicinæ, Astronomiam scilicet, Philosophiam, Alchimiam, et Virtutem, siue pietatem erga Deum et proximum, idq; in Paragrano: Tertio, Libros ex quibus sit discenda vera medicina, et quorum auxilio ab erroribus Medicus quiuis liberetur: hoc autem declarat in Labyrintho errantiū Medicorum: ostendens medicinam ante omnia discen-

Cap. 1. 2. 3. dam esse ab ipso Deo: ex dispositione firmamenti:

4. ex elementorum ratione: ex collatione et Anato-

5. mia microcosmi ad mundum maiorem: ex operatio

6. 7. nibus Alchimiæ: ex certa experientia: et ex cogniti-

8. one creaturarum, id est, simplicium. Docet præterea in omnibus morbis quomodo facienda sit The-

9. orica: quomodo Anatomia morbi per Magiam si-

10. ue reuelationem diuinitus inquirenda: itemq; Ana-

11. tomia medicamenti ad morbū conferenda: Et quomodo omnes morbi oriātur ex Seminibus proprijs crescantq;, et fructificent. Præterea in Paramiro totum corpus humanum, quomodo ex tribus primis, Sulphure, Sale, et Mercurio componatur, edocet: quomodo item Sanitatis, Morbi, et Mortis ipsius se-

ipsius semina in his tribus substantijs insint: mira Theoria, per ignem tamen probata et experta philosophatur. Sunt et alia plura Theorica ipsius medicinæ volumina, vt De Thermis, nos horum, exẽpli gratia duntaxat, mentionem fecimus. Practica autem medicina Theophrasti, et ipsa duplex est, vna quidem, qua morborum physicorum curam docet et explicat: Altera verò qua medicinam morbo cuiq; appropriatam, quomodo præparanda sit, exponit, et informat. Quanq; ne mancus et mutilus quid scribat, plerumq; coniungit vtraq;, Theoricam cum Practica scilicet: et Practicam morbi, cum practica medicinæ. Sic etiam sæpe, Chirurgicam, et Physicam medicinam copulat. Exempli gratia, assumamus opus De Vita longa inscriptum, cuius liber primus Theoricus est, Philosophatur enim de Morte et Vita duplici in homine, Naturali scilicet, et Præternaturali: Et de speciebus longæ vitæ:et q̃modo vita absq; morbis sit prolonganda. Secundus Practicus est,quo morborum difficiliorum omnium: id est, Physicorum, et Chirurgicorum, qui vitam longam impediunt, et mortem accelerant:curandi rationem proponit: idq; generaliter, omnes cuiusq; generis species simul complectens. Sunt aũt inter morbos quidem physicos grauissimi isti,quos

De mittẽdo sanguine, De peste: & c.

Practica medicina duplex.

Morbi et Medicinæ.

Theophrastus rotundè docet & scribit medicinam.

Liber De Vita lõga.

1.

2.

Phisici morbi grauissimi.

recenset

recenset, Podagræ omnes species, Guttæ vel Paralysis, Lepræ, Epilepsiæ, Febrium, et Hydropis. Inter Chirurgicos autem, Apostemata, Pustulæ, Vlcera, et Vulnera. Horum igitur curationem ita tractat, vt cuiq; generi, vnam duntaxat generalem medicinam, omnibus eius speciebus appropriatam

3. constituat. Liber tertius mixtus est, Theoricus scilicet et Practicus. Theoricè nanq; vnam generalem proponit medicinam, quæ omnia prædicta morborum genera vniformiter curet: vitam conseruet: et ad terminum vsq; Diuinitus propositum, incolumem sanamq; perducat. Practicè autem medicinas huius generis ꝓponit in Elixirijs: in Auro: in Margaritis: in Quinta essentia vegetabilium: in Antimonio: in Sulphure: in Mercurio: et in Spiritu Vini. In quibus tanta est vitæ humanæ appropriata virtus, vt cum arte Spagyrica, qua purum ab impuro separatur, extracta fuerit: et exaltata in summũ gradum: ac tandem vsui exhibita: corpus vtentis amplius nulla infirmitate corrumpi permittat: sed robustum et benè valens eousq; conseruet, donec illa dies veniat, quam Deus cuiq; proposuit: qua præsente, veluti lucerna quædam, vita ex corpore sano expirans, corpus relinquat. O quàm iucunda, quã summo Deo grata, quàm hominibus, Principibus maximè

Vna vniuersalis medicina.

Medicinæ præstantissimæ.

Ars Spagyrica.

Dies mortis prædestinatus nulla medicina tollitur.

maximè, et rerum mundi habenas regentibus Heroibus, necessaria est hæc Theophrasti nostri medicina: quos proh dolor sæpius videmus aliquo supra nominatorum morborum correptos, cùm ob imperitiam Medicorum sanari nequeunt: immatura morte è medio cursu gubernationis, cum magna Imperiorum iactura, et mutatione, præripi. Dolendum est maximè, quod imperita, et superba Doctorum Titulatorum turba, adeò insultet etiam mortui scriptis, quem viuum ferre non potuit. Sed quid mirũ, si Asinus non transformetur in Leonem, etiam indutis Leonis exuuijs? Huius generis sunt multa alia eiusdem volumina, vt Opus de Contracturis, de Dosibus, De morbis ex Tartaro generatis, De morbo Caduco, Decas de morbis Physicis &c. Inter omnes autem huius ordinis libros, primatum obtinet, hic, de quo paulò post dicemus, Theophrastiæ Archidoxis liber: ad quem, cùm in omnibus alijs scriptis, tanquam ad sacram Ancoram, subinde remittat: manifestum est, hoc non habito, lucem Medicinæ Theophrasticæ nondum efulsisse. Sed de hoc aliâs, nunc ad ampliorem Theophrasticæ medicinæ declarationem pergamus, tantò hilariori animo, quòd credamus, eos etiam, qui hactenus ex ignorantia, aut maleuolentia, Monarcham nostrum vel neglexerunt, vel conui-

παθός.

Heroũ immatura mors, sæpe ob imperitiam medici.

Archidoxa.

vel conuitijs impetierunt, vbi nostra legerint, æquiore animo ad eius partes accessuros. Nam cùm multi sint, qui existiment eum ob ignorantiam scriptorum Hypocraticorum ab Hypocrate, Galeno, cæterisq́ʒ, dissentire voluisse: et tamen haberi quædam in suis scriptis Hypocrati, Galenoq́ʒ consona: ob idq́ʒ, nō nouam hunc medicinam afferre, sed solùm commentatorem quendam Hypocratis esse: minuenda omnino hæc opinio est, suusq́ʒ cuiq́ʒ honos tribuendus. Nam quamuis Theophrasti temporibꝰ, ob imperitiam linguæ, apud paucos Hypocrates fuerit, et Arabes duce Auicenna triumpharint: tamen notum fuisse Theophrasto Hypocratem, cùm alijs multis, tùm ex eo apparet, quòd et in Aphorismos ipsius nonnulla scripserit: et parcius eum, vtpote cæteris meliorem et synceriorem, quàm alios, insectetur et redarguat. Non igitur ignorantia mouit Paracelsum ad nouam indagandam medicinam: sed primum quidem illa ipsa incertitudo medicinæ, de qua etiam Hypocrates conqueritur, dicens, Certitudinem autem exactam videre, raro contingit: Postea verò ingens turba, et copia personatorum Medicorum, artem omnium præclarissimam, omnium contemptissimam facientium ob imperitiam suam, de quibus dixit, etiam Hypocrates, Medicos fama qui-

Opinio quorundā, dicentium Theophrastum Hypocratis commentatorem esse.

Theophrasto notus fuit Hypocrates.

Causæ impulsiuæ ad inquirendū veram medicinam.

1. Incertitudo veterum.

2. Personati medici

fama quidem et nomine multos: re autem et opere, valde paucos. Deinde autem, quotidie ob incertam medicinam imperitosq; Medicos et Chirurgos pereuntium hominum numerus et multitudo: quorum miserabilem interitum, quis quæso pius, et aliqua humanitate motus, siccis oculis aspexerit? quis quæso tàm duri pectoris, vt ad eiulatum miserabilem lãguentium ac iamiam morientium proximorum, nõ ingemiscat? non illachrymet? non exuscitetur ad alia consilia quærenda? Hæc itaq; potissimum impulerunt eum, vt à partibus veterum discedens, nouam ab eo postularet medicinam, qui et Author naturæ est, et creator medicinæ. Neq; enim ex sui Cerebri phantasia Theophrastus medicinam cõscripsit, sed ex illuminatione et reuelatione Diuina. Non relinquit enim Deus vota eorum irrita, qui ad se in charitate proximi, confidenter accedunt, pulsant, auxilium implorant. Quapropter si verè expendere rẽ ipsam volumus, Deum ipsum potius, quàm Paracelsum, huius medicinæ Theophrasticæ, Authorem, Caput, et Fundamentum dicamus oportet: qui, nouissimis hisce senescentis mundi temporibus: quib9 non modò periculosissimi morbi plus quàm vnquã antea populum affligunt sceleribus inquinatum grauioribus: verum etiam fœdissima Gallicæ luis contagia,

3. Infirmorum pernities miserabilis.

Deus ipse ẽ author Theophrasticæ medicinæ.

Cœli, Ignis, Aërisq; anatomiam et myſteria perdocens: Tertia eſt Philoſophia, quæ Terræ, et Aquæ Anatomiam, tradit: Quarta eſt Alchimia, quæ per ignem, materiam omnem præparat: purum ab impuro ſeparat: virtutem à ſubſtantia et corpore extrahit: corpus quoq; totum in virtutem exuſcitat, et conuertit: conuerſum exaltat: et veluti in ſpiritualem glorificatam virtutem, cuncta penetrantem, cuncta viuificantem, ac omnia à corruptione præſeruantem tranſmuttat et extollit. Non etenim metallum limatum, neq; in liquoribus ſubmerſum aut extinctum Theophraſtus præbendum docet: quod calor noſter naturalis nequaq; reſoluere poteſt: ſed liquorem arte Chimica et Spagyrica ex metallis reſolutum exhibet: quem ſcilicet non aliter, quàm hauſtum Vini, natura benè ſuſcipit, et faciliter perfert, et contra morbum, potenter dirigit, tanquam expeditiſsimum ad prælium militem. Atq; ita omnis Theophraſti medicina non in corpore, ſed in forma ſpecifica, in qua ſola virtus eſt, conſiſtit. Corpus enim, mortuum et ineptũ eſt ad agendum, Forma verò cum virtus ſit, ipſa operatur, ipſa corpus viuificat. Sed quemadmodum quando vita hominum, anima ſcilicet ipſa, à corpore ſeparatur: corpꝰ quidem moritur; anima verò liberrima permanet:

Philoſophia.

Alchimia, et eius vis in præparando.

Forma Medicinæ Theophraſticæ.

Forma ſpecifica eſt virtus rei.

Reſuſcitati corporis, ad medicinam formalem collatio.

tandemq́; post putrefactionem corporis, reducta in corpus anima, ipsum resuscitat, et spirituale reddit, quod omnia deinceps penetrat, et nullam amplius corruptionem suscipit: Ita per omnia Medicina The*Gradatio formæ, seu medicinæ Theophrasticæ.*ophrasti, formam clarificatam habet. Nam primũ quidem formam virtutemq́; rei, à corpore eius separat: postea corpus putrefactum, eadem illa virtute resuscitat, et spirituale facit: cui nulla amplius corruptio aduenire potest. Vltimò hoc spirituale et virtuosum corpus, siue formale corpus in virtutibus, per additiones, et reiterationes exaltat, et exaltatũ infirmo exhibet. *Effectus medicinæ Theophrasticæ.* Quis quæso tàm rudi ingenio est, qui non assequatur ratione, quanta sit huiusmodi medicinarum efficatia, quanta potestas, quanta celeritudo in agendo? cùm veluti in ictu oculi penetrent omnia: consumant superflua: renouent deperdita: sanent morbida: nec vllam admittant vlteriorem corruptionem? Resipiscite quæso ô Medici ab erroribus: redite ad viam rectam: apprehendite doctrinam: ne forte irascatur Dominus pro cõtemptu tantorum magnalium suorum, et pereatis de via iusta, sicut puluis vel palea, quem proijcit ventus à facie terræ. *Finis Medicinæ Theophrasticæ.* Non enim ideo hæc tanta Paracelso tradidit, vt ille à vobis occultet: sed nec ille ideo descripsit tradita, vt vobis iniuriam faciat: etiamsi erro-

res ve-

tes vestros, supinam negligentiam, et superbam i-
gnorantiam, vt par est, acrius reprehendat: Sed vt
vos quoq; tantorum bonorum participes sitis: vt 1.
secreta naturæ misteria diligere, et cognoscere, atq; 2.
inquirere discatis: vt relicta infirmorum carnifici- 3.
na, eos cito, et citra molestiam sapienter et potēter
bonæ valetudini restituatis: Vt deniq; per vos q̄q; 4.
Deus immensus pro ineffabili misericordia et boni-
tate sua, in mirabilibus, et magnalibus suis in natu-
ra, honoretur et glorificetur. Tota nanq; intentio
huius medicinæ in Deum, et proximum cōclusa est.
Hic finis est: vt per agnita naturæ misteria, proxi-
mus quidem in charitate iuuetur: Deus autem in sa-
pientia et potentia sua extollatur et prædicetur:
Talis itaq; est ratio, series, præparatio, forma, effe-
ctusq; Theophrasticæ medicinæ: Tanta eius digni-
tas: tanta celsitudo: Quam si quis non amauerit, si
quis non amplexus fuerit, sed vel contempserit, vel
etiam conuitijs lacerauerit: hunc ego quidem omni
bestia ferociorem et immaniorem iudicauero: vtpo-
te proximi, atq; adeò suæ ipsius salutis inimicum:
Dei autem contemptorem impium, ingratumq; o-
blatorum beneficiorum. Quæ enim possunt esse,
post æternam salutem, maiora Dei erga genus hu-
manum beneficia, quàm quæ tot ab infirmitatibus
 hominis

hominis corpus certò liberant: vitam prolongant: et cum mortis hora venerit, quam nemo effugere potest, placidum soporem afferunt? Hoc quidem ego, iam non mori, sed veluti sponte corpus depo nere, et ad immortalitatem transire dixerim.

IIII. *Collatio veterum & Theophrasti.*

Verùm enimuerò, quia ea est hominum natura, vt suum quisq; laudet, alienum vituperet, aut saltem humiliet: si pace vestra licuerit, et vt liceat, peto: cõferamus vestram ad huius medicinam, idq; mode ste et breuiter.

1. *Partium medicinæ neglectus.*

Vos itaq;, quas iste partes coniunctas habet, Chirurgiam à Physica separastis: et hãc quidem, ob disputationum exilitatem, tanq; magis admirabilem: incertiorem tamen ob id, quòd nihil ex reuelatione videre in ea possitis aut sciatis: vobis retinuistis: illam autem, ceu mechanicam, Balneato ribus, Barbitonsoribus, et nescio quibus non carnificibus commisistis: in quo sanè quantum peccetis contra Deum, et proximum, contraq; conscientiã vestram, non dubito quin agnoscatis. Nam si nihil aliud inter vos et Theophrastum interesset, tamen vel hoc solo nomine, ipsi pares esse non possitis, multò minus maiores.

2. *Theoricæ à Practica alienatio.*

Sed quid dicetis ad hoc, q̃d iste Theoricam cum Practica ferè vbiq; coniungit: vos vt plurimum separatis.

3. *Practicæ morbi & Medicinæ diuisio.*

Iste practicam morbi et medicinæ simul habet: Vos morborum tantum retinuistis:

tinuistis: Medicinæ autem, indoctis Apothecariis, tanquam famulis concredidistis, et ad eos, laborem ipsi fugientes, reiecistis? Iam verò vt Physicam vestrã et huius medicinam conferamus, Vobis incurabilis est Podagra, huic curabilis: Incurabilis Lepra apud vos, apud hunc curabilis: idẽ de Hydrope et Quartana sentiendum, vestra scilicet esse scandala plana: huius nulla. Vt autem etiam curandi rationem perstringamus: vos ob id, quòd certa et appropriata medicamina non habetis: aut habita debito modo præparare ignoratis: in singulis morborum speciebus, diuersis, et pluribus medicinis vtimini, quibus effectus non sæpè respondet, et in quibus exactam certitudinem raro videre contingit. Hic non modò singula morborum genera singulis generalibus medicinis absoluit: eisque certis et appropriatis: verùm etiam omnia genera vni generalissimæ Medicinæ subiicit. Vos vestras medicinas, disputando et ratiocinãdo ex authoritate Philosophorum probatis: Iste experientia suas confirmat, et vestras refutat. Ea nanque est vis experientiæ, vt humanos syllogismos refutare valeat. Vos præterea scientiam vestrã ex humanis authoribus petitis, et quidem sine agnitione Dei: hic suam Diuinitus ex reuelatione accepit. Vos vix nomina et formas herbarum et simplicium no-

4. *Morbi incurabiles.*

5. *Medicinarum in eodem morbo pluralitas, incerta.*

6. *Ratiocinatio ab authoritate.*

7. *Ars ex authoribus, sine agnitione Dei.*

8. *Simplicium ignorantia.*

cium nouiſtis: iſte per ſignata cum illis et tota natu-
ra loquitur: Vobis omnia muta: huic omnia ſunt
9. *Præparatio inepta.* vocalia: Veſtrũ eſt coquere, et iuſculũ cũ ſyrupo ſor
bendum præbere, corpus cum latente in eo virtute
abijcere: huius, putrificare, formam ſpecificam ſeu
virtutem extrahere: corpus reſuſcitare: in virtutem
tranſmutare: et tranſmutatum in gradibus exaltare
10. et multiplicare. Vos vix ſtirpes et pinguedines, ac
Materiæ penuria. ſimilia quædam ad vſum Medicum applicare et tra
ctare noſtis: huic non difficile eſt, Aurum et argen-
tum, itemq́ metalla cætera, lapides, Gemmas, Re-
ſinas, Terras, Arbores, et quicquid eſt morbo cui-
piam, vel ſecundum primorum principiorum ratio
nem, vel ſecundum elementorum ordinem, vel cœ-
li conſtellationem, appropriatum, id omne ita in
medicinam conferre, atq; ita adaptare, vt et vſui ſit
iucundum, et in medicando potens et ſalubre.
Sed quid ego vos pluribus nominibus cum hoc cõ
feram, cùm videatis voſipſos multis modis inferio-
res, multis gradibus ab eo ſuperatos? Quin agite,
ſi qua eſt in vobis pietas erga Deum, agnoſcite tan-
tum Dei beneficium: nolite iniuriam facere Deo et
Naturæ: diſcite hominis, atq; adeò rerum omnium
conſtitutionem, itemq́ morborum, et ſanitatis ſe-
mina, eſſe in Sale, Sulphure, et Mercurio, tanquam

in primis

in primis substantijs, et tandem ea gradari secundũ elementorum gradus atque puncta. Ac ego quidem mihi ita de vobis persuadeo, vt omnino credam vos aliquando, proximorum vestrorum periculis, infirmorumque miserabili interitu commotos: nisi forte omnem humanitatis affectum iamdudum exueritis: libenter hæc tanta magnalia, oblata arrepturos, imò etiam alia magno studio exquisituros.

Ne autem difficultatem laborum, vel nouitatẽ styli Theophrastici vobis obstaculo esse dicatis, nostis enim, volentem scire, oportere discere: discentẽ experiri multa: experientem laborare: laborantem fatigari, sumptusque impendere. Si quis ergò Diuinã Theophrasti medicinam sequi voluerit, is laborem non fugiat oportet, sed auaritiam: Chimicas operationes, Spagyricasque separationes addiscat: Deum ante omnia, proximumque præ oculis habeat: nunque autem naturæ secreta experiri negligat. Ita certò futurum est, vt quamplurima consequutus, in magnalium Dei notitia, cum honore Dei, et vtilitate proximi, iugiter delectetur: degatque vitam, qua non alia in terris beatior, nec iucundior homini contingere possit. Vt autem aliquando veritas ipsa in lucem prodeat, et ad plurimorum salutem, Medicina Theophrastica in manus hominum perueniat, iam ipse eius Au-

Quomodo ad Theophrasticam medicinam parandus est accessus.

V.
De Archidoxa.

eius Author Deus, præcipuum eius medicinæ thesaurum, quem omnes vna flamma inuidorum periisse credebant: cuiusq; nulla erat memoria, præterq; quòd Theophrastus ipse plurimis in locis eius meminit, ad eumq; remittit lectorem: post tot annorum continuos labores, plurimas peregrinatiões, et multo sudore confectas inquisitiones, nostras ad manus adducere dignatus est. Atq; verè et cũ gaudio hoc affirmare ausim, quòd Theophrastici libri, absq; hoc opere, ob nostram ignorantiam, nobis nunq; satis rectè intelligi potuissent: Hoc verò habito, si quis aliquid Alchimicæ praxeos sciuerit, incredibile lumen omnibus scriptis accessisse senserit: adeò vt quasi ex profundissimo ignoratiæ somno et tenebris, ad lucem quandam clarissimam sibi excitatus esse videatur. Sed quid ego primum in hoc opere admirer? An obstupescam omnipotentiam Dei considerans, quòd tàm magnus, tàm mirabilis, et tàm potens est in suis creaturis? An verò tanta in natura posse latere arcana, tantaq; mysteria? Vel potius quomodo tanto amore proximi duci potuerit Theophrastus, vt in breue hoc opus, tot, tantaq; concluserit magnalium Dei profunda secreta?

Theophrastus absq; Archidoxa, nõ bene intelligitur.

Alchimiæ necessitas.

Archidoxa, plena est Magnaliũ Dei.

Nominis ratio.

Non temerè, neq; abs re, Archidoxam Theophrastiam inscripsit hoc opus Paracelsus: eò q; sit summum, et

mum, et caput, omnium aliorum in medicina librorum, quos ipse, veluti Deo ipso pronuntiante, secumq́ue colloquente descripsit: id quod ita esse facile quiuis deprehendere poterit, qui subiectum, processumq́ue operis cognouerit. Mysterium siquidem vniuersæ naturæ, vitæq́ue humanæ, subiectum huius operis est, quod tractat primum in singulis partibus, Theoricè, præmittens vsum, cui in morbis appropriatum quodq́ue misterium sit: deinde docet practicôs, quomodo vnumquodq́ue mysterium arte Spagyrica eruatur. Argumentum autem totius operis est, Docere in genere, quomodo quælibet cuiusq́ue morbi appropriata medicina, debeat et posit præparari, et ad summum exaltari: ita vt corpus humanum per eam quasi miraculosè, certò tamen ab omni morbo, futurisq́ue accidentibus, ad longissimam vsq́ue ætatem liberetur, et immune conseruetur. Complectitur autem etiam hoc in opere, vniuersam medicinæ artem, Physicam scilicet, Chirurgicamq́ue: Theoricè simul, atq́ue practicè. Totum opus in decem libros partitus est, quorum primus est de Mysterio Microcosmi, in quo, omnium quæ deinceps obijci possent dubitationum vias anteuertit, explicans illud mysterium, quo Microcosmus suscipit medicinam, seseq́ue cum illa permiscet, et illius imperium,

Subiectum operis.

Tractandi ratio.

Argumentum.

Pars medicinæ quælibet.

Operis diuisio.

Libri 1. De Mysterijs Microcosmi.

Argumentum.

rium,

rium, vimq; sequitur: Ex quo etiam sensuũ quinq; emendatio sequitur: ex quo motus voluntarius pcedit: et ex quo, quicquid assumitur in corpus, id ad omnes corporis partes distribuitur, et vnicuiq; parti assimilatur et conformatur, per quam conformationem, corporis ipsius virtus confirmatur et emẽdatur. Consistit autem hoc mysterium, in eo quòd Microcosmus duplici corpore componitur, materiali scilicet, et spirituali. Materiale corpus, domicilium est spiritualis corporis. Corpus spirituale sensus quinq;, imaginationemq; habet. Corpus materiale purificatur per medicinam, estq; subiectũ ipsi: ad cuius purificationem sensuum quoq; emendatio sequitur. Sensus enim semper integri sunt in corpore spirituali, sed vitium materialis corporis ipsos aliquando adeo concludit et retundit, vt corrupti, vel absentes esse videantur. Cæterum motus naturalis in homine ex virtute vegetatiua est. Voluntarius autem motus, ex accensione virtutis vegetatiuæ, quam imaginatio facilimè accendit, ad cuius accẽsionem sequitur motus iuxta formam imaginationis. Distributionis autem in singula membra ratio, est ex virtute attractiua singulorum membrorum. Dupliciter autem attrahit corpus nutrimentum, ab extra: et ab intra. Ab extra, ex elementis transeuntibus e-

Duplex Microcosmi corpus.

Sensus semper integri.

Motus naturalis.

Motus Voluntarius.

Attractio duplex.

bus et penetrantibus poros corporis: ab intra ex cibo et potu, quem per os in stomachum deglubim9: aut itidem etiã ex medicina. Conuertit autem quælibet pars in sui naturam, quicquid attraxerit: Quare etsi optimam ac subtilissimam medicinam attrahit, optimè ac subtilissimè per eam confortatur et emendatur. Hæc ideo copiosius recitaui, quod magnam in omni medicina vtilitatem habeant.

Nunc secundi libri summam, qui de Mysterijs elementorum est, exponam. In omnibus creaturis bis quatuor insunt elementa, quorum quatuor sunt interiora, formæ scilicet essentialis: inter quæ vnũ dũtaxat est prædestinationis, in quo et ipsa rei proprietas, virtusq́; tota consistit: reliqua tria sunt tantũmodo ratione compositionis adiuncta, imperfecta, ideoq́; contrarietatem, et per consequens, neq́; rei corruptionem, inducentia. Alia quatuor sunt exteriora, ad constitutionem corporis, in quo elementum prædestinatum quiescit, conuenientia. Quomodo igitur ad separationem puri ab impuro, et ad habendam medicinam perfectam, ab omni re naturali, separanda sint ista elementa corporea quatuor, hoc libro generaliter docetur. Idq́; in omnibus metallis, Marchasitis, Lapidibus, Gemmis, Oleagineis, Resinis, Vegetabilibus, Sensibilibus, Liquidis, Aquo-

Libri 2. De mysterijs Elementorum. Argumentum.

Elementum prædestinationis.

Elementa corporũ.

Aquosis, Vitris, et Fixis creaturis. Tum verò vnumquodq; separatorum elementorum, qua ratiõe ad summam puritatem reducere oporteat. Liceat quæso mihi paululum hic digredi, et interrogare Doctores et Apothecarios, quũm constet morbos elementales, igneos, aëreos, terreos, et aqueos esse, præter eos q ex semine sunt in principijs: Vbi quæso vel apud Hypocratẽ legerunt, vel vbi vnq; ipsi obseruarunt in suis receptis, et pharmacorũ compositionibus, elementa separata morbis distinctis adhibenda esse, igneis scilicet ignem, terreis terram, Aqueis aquam: aëreis aërem? Nonne omnes eorum receptæ, quantocunq; studio compositæ, nihil aliud quàm confusum chaos sunt? Memineris tamen hic, vniuscuiusq; rei maximam virtutem, in prædestinato elemento esse potius, de quo sequenti libro agetur, quàm in substantialibus et corporeis elemẽtis, quorum sepatione mutuã hoc libro doceri diximus. Tertio itaq; libro Mysteria Quintæ essentiæ traduntur, per quam solam spiritus vitæ omnium creaturaꝝ conseruatur: in qua sola est vniuersa virtus, cuiuslibet creaturæ: quæq; sola in medicinam veram recipi debet, cùm corpus mortuum sit omne, et sine virtute. Multiplices autem creaturarum species et indiuidua, non vniformem, eiusdemq; virtutis habent

Elementorũ separatio, hactenus ab omnibus medicis neglecta.

Libri 3. De mysterijs Quintæ essentiæ. Argumentum.

Diuersitas Quintæ essentiæ.

tis habent quintam essentiam, Sed quædam consolidatiuam, quædam restrictiuam, quædam narcoticam, quædam Anodinam, quædam renouatiuam vitæ, quædam prolongatiuam eiusdem, et sic de cæteris, prout Deus altissimus et gloriosus magnalia mirabilium suorum, secundum liberum placitum suum, suis creaturis in ipsa creatione facienda mandauit. Reperitur enim Quinta essentia, quæ centenarium senem, renouet in virtute et robore vigenarij iuuenis: Inuenitur alia, quæ renouatum ad tres vel quatuor cẽtenarios annorum conseruat incolumẽ. Mandauit enim Deus ista creaturis suis, à nobis aũt peccatum, et ignorantia, hanc magnalium notitiã repellunt, paucissimiq; nostrum sunt, quib⁹ hæc indagãdi animus est. Indulgemus pleriq; libentius voluptatibus, auaritiæ, ocio, quàm inquirendis naturæ secretis. Maxima sanè est vis Quintarum essentiarum in medicina: eaq; sola vel maximè expetenda. Quod cùm ita sit, discamus ex hoc Diuini Theophrasti verè Diuino libro, Quonam pacto eam ex omnibus metallis, Marchasitis, Salibus, Lapidibus, Gemmis, Margaritis, Arboribus resinatis, Vegetabilibus plantisq;, Aromatibus, omnibusq; comestibilibus, et potabilibus extrahamus. Nulla etenim est ægritudo, non Podagra, non Hydrops, nõ

Quintæ essentiæ vis maxima.

Quartana, quam non tollat Quinta essentia. Quid quæso istis maius potuit dari? Quando vnquam ad tantam sublimitatem peruenit Hypocrates? aut omnes sui sequaces? Non hic oportet digestiuis corpus vexare pharmacis, non pillulis, non magno differre morbum spacio temporis, quandoquidem celerrimè Q. E. suam complet operationem perfectè et absolutè omnino. Quodsi autem hæc admirabilia sunt: quid quæso dicemus de Quarto libro, q Mysteria Archanorum continet, quæ reuera Diuina et Angelica sunt potius, quàm humana. Nam Archanum primæ materiæ, totum hominem, etiamsi centenarius fuerit, absumpta omni senectute non aliter renouat, et regenerat: quàm nouo Vere et Anno, ex nouo semine herba renouatur: facitq; eũdem denuo iuuenem, virum etc. Archanum autem Lapidis philosophorum, Morbidum, senemũe hominẽ, non secus transmutat, et reducit ad sanitatem et iuuentutem: quàm ignis absumens omnes maculas, omnia purificans, et omne frigidum excalefaciens: quemadmodum ex purificatiõe Auri per ignem et Antimonium, exemplum sumi potest. Rursum autem Archanum Mercurij vitæ, corpus totum renouat, sicut serpens abiectis exuuijs renouatur, Ceruus abiectis cornibus, Halcyones abiectis plumis.

Libri 4. De mysterijs Archanorum.

Argumentum. Archanum primæ materiæ.

Archanum lapidis Philosophorum.

Archanum Mercurij vitæ.

Renouat

Renouat enim dentes, vngues, totamdenię cutē, et omnem immunditiam. Postremò Archanũ Tinℓturæ corpus omnino transmutat, ex sene in iuuenem, ex languido in sanum, ex debili in forte, redditę illud purissimum, et longæuissimum. O verè admiranda Diuinæ maiestatis magnalia. Quomodo Adam non magnam potuit viuere sanus et incolumis ætatem, talibus vsus medicinis et Archanis? Quomodo autem nobis pigritia torpentibus et odio marcescentibus, tantorum notitiam Magnaliũ Deus largietur, maximè cùm in dies peccata augeantur, et charitas mutua refrigescat? Sed tamen ista scire et admirari, non minima pars est sapientiæ. Nunc recolendum est animo, quod supra diximus, virtutem rerum non in corpore esse, sed in Quinta essentia duntaxat: ea autem quia exigua est in rebus, maximaę moles est corporis, et magna quantitas eius: Cogitandum fuit, quomodo ex rebus magni precij, vt sunt Aurum, Lapides preciosi, itemę alia eiusdem generis: non nimio sumptu, iusta vtię quantitas Quintæ essentiæ haberetur. Qua de causa Quinto libro Mysteria Magisteriorum profundissimè philosophatus euoluit, per quæ non solùm Quinta essentia elicitur: sed etiam totum corpus resuscitatur, et in Quintam essentiam tingitur et trãsmutatur:

Archanum Tincturæ.

Libri 5. De mysterijs Magisteriorum. Argumentum.

mutatur: eiusdem vt existat cum sua Quinta essentia virtutis et perfectionis. Atq; hoc est quod supra quoq; sæpius diximus de exaltatione medicinæ, de resuscitatione et glorificatiõe corporis. Quid quæso potest vel profundius his cogitari, ne dicam inueniri: vel clarius, quod glorificationem corporum et resurrectionem à mortuis euidentius comprobet? Sed Magnus es tu Domine Deus noster, et mirabilis in omnipotentia tua. Abs te siquidem solo processerunt hæc, quæcunq; hoc libro de Magisterijs Metallorum, Lapidum, et Gemmarum, Marchasitarum, Oleagineorum, vegetabilium, Vini, et Sanguinis descripta sunt. Et quia tua sunt hæc omnia Domine, tu dabis quærentibus ea in synceritate et pietate.

Resurrectionis futuræ argumentum.

Hactenus singularum rerum præparatiões recẽsitæ sunt. At Sexto iam libro Specificorum Mysteria tradit, Sunt autem Specifica ea, quæ admirabilem quandam virtutem, non ex innata ipsis proprietate: vel ex compositione, vel ex præparatione assequuntur: Vt cùm Mastyx et Colophonia simul digeruntur, virtutem attractiuam consequuntur, quam ante compositionem neutra illarum habet separatim: Aut cùm Terpentina in lapidem coagulatur, habet vim, instar Magnetis, attrahendi ferri.

Libri 6. De mysterijs specificorum. Argumentum.

Eiusmo-

Eiusmodi Specifica octo ponuntur in omni medicina apprimè necessaria, videlicet, Specificum Odoriferum, quod infirmo admotum, solo odore vires iam collapsas restituit: Anodinum, quod sicut aqua ignem extinguit, ita hoc morbum subito reprimit. Narcoticum vel Diaphoreticum, q̄d morbum quemlibet frigidum, per sudores expellit, mēbrisq́ cassatis, et virtute motiua priuatis vitam motumq́ restaurat: Purgatiuum, quod omne morbidum et peccans, siue apostema sit, siue putrefactio aliqua, expurgat è corpore: Attractiuum, quod omnes superfluitates ex corpore, et aperturis attrahit, et emundat: Stipticum, quod omnia vulnera, aperturasq́ consolidat, et contrahit: Corrosiuum, quod subito et magna efficacia, cauterizat, et omnes carnis excrescentias remouet: et Specificum matricis, quod menstrua prouocat, sistit, et suffocationem matricis tollit.

Specificum Odoriferum. *Anodinum.* *Narcoticum.* *Purgatiuum.* *Attractiuum.* *Stipticum.* *Corrosiuum.* *Matricis.*

Septimo libro itidem compositas docet medicinas, et Mysteria Elixiridum. Est autem Elixir, ea medicina, quæ corpus intrinsecus in eo, in quo apprehenderit statu, conseruat, neq́ amplius corrumpi sinit, sicut Balsamum extrinsecus. Conseruando itaq́ corpus ab omni putrefactione, atq́ ab omni accidente ægritudinum, maximum habent Elixiria

Libri 7. *De mysterijs Elixiridum.* *Argumentum.*

 adiumen-

adiumentum ad vitæ prolongationem. Docetur itaq; hoc loco ingens secretum naturæ, confectioq; Elixiridum Balsami, Salis, Dulcedinis, Quintæ essentiæ, Subtilitatis, et Proprietatis. Plena sunt hæc omnia arcanorum, et ipsa breuitate admirabilia: Sicut et quæ octauo libro, in quo vniuersam Chirurgiam complexus est: traduntur de mysterijs externis: quibus omnia Vulnera, Vlcera, Apostemata, Fistulæ, Serpigo, et cætera facili veraq; ratione curantur. Tribus autem remedijs totam Chirurgiam absoluit, quorum primum in vulnera, Secundum in vlcera, Tertium in maculas ordinatum est. Nono libro iterum redit ad Physica, et supra quàm dici potest miranda magnalia, primi entis siue mysteriorũ renouationis et restaurationis vitæ. Atq; hoc libro omnium propemodum vsum, quæ hactenus dicta sunt demonstrat, pulcherrimis rationibus declarãs, non modo quòd vita renouari et restaurari possit: sed etiam mysteria ipsa, per quæ eam consequamur: videlicet per primum ens mineralium, Gemmarum, Herbarum, et Liquorum. Libro Decimo autem Mysterium longæ vitæ complectitur, tanta Philosophiæ profunditate, vt nullus omnino sit legentium, qui non mirando stupescat. Dupliciter autem vitam longam protrahi docet, Naturaliter, et Mentaliter.

Libri 8. De mysterijs externorum. Argumentum.

Libri 9. De mysterijs primi entis. Argumentum.

Libri 10. De mysterio Longæ vitæ. Argumentum.

taliter. Naturaliter ex proprietatibus rerum, Mentaliter ex Magia et Astronomia.

Hæc sunt igitur, Optime Heros, nostri Theophrasti Diuina mysteria, quæ his decem suæ Archidoxæ libris mira breuitate, ordine, et synceritate cõplexus est, quibus maiora in Medicina vniuersa, nõ solum Hypocrates, Galenus, Auicenna: sed ne vniuersus quidem orbis, demptis Angelis et Deo, habere potest. Atqui ne ego hæc ita laudare videar, veluti q vult venales extrudere merces: iudiciũ penes eos relinquo, qui cùm, non hæc mea, quæ cognosco ipse quàm sint ieiuna, sed Authoris ipsius scripta legerint, sensumq́ue assecuti fuerint: sat scio, quanta admiratiõe tenebuntur: quantoq́ue gaudio exultabũt, quod tantorum mysteriorum participes, tua, Heros optime, opera esse potuerint. Videbit sane omnis retro post nos futura posteritas. Sentiet vniuersa piorum, et Deum timentium Doctorum turba: Agnoscent infirmi, ægri, et morti iamiam vicini: quantum Alberto à Lasko, Inclyto Heroi debeãt: quantum abs te beneficium tàm in ægros, quàm in sanos collatũ sit: quòd Deo Optimo Maximo ita ordinante et disponente, Tu Vnus inter omnes Heroas et Principes vocatus es, et electus: sub cuius auspicijs, tãtus naturæ Thesaurus, in vniuersum Christianum

VI. Dedicatio.

Albertus à Lasko, diuinitus in Patrocinium Archidoxæ electus.

stianum

ſtianum orbem conferretur. Quorſum enim eſt? quòd cùm Author ipſe his adhuc in terris vitam degens, hos libros lingua latina ædidiſſet: tantum liuor tabificus potuit: tantum iniqua boni communis inuidia valuit: tantum priuati commodi, et raritatis gloriola præſtitit: vt omnia exemplaria coëmpta, vnico, quod in Theſauris reponeretur, excepto, aceruatim rogo flammiſq; committerentur? niſi quia tu nondum innotueras: niſi quia nondum hora venerat, qua ad ampliſsimos laudum tuarum cumulos, etiam hoc accederet: vt huius ſemel amiſsi naturæ theſauri, te authore, fieret reſtauratio.

Deſperatum fuit de habendis Archidoxis.

Nemò ſanè erat, qui ſperaret, cùm exuſtos fuiſſe conſtaret, hos libros aliquando iterum emerſuros: aliquando lucem Theophraſticæ medicinæ. iterum meridiani ſolis inſtar fulſ[illegible]. Conſtabat quibuſdam qu[illegible] Theſauro eſſet repoſitum exemplar vnicum: ſed neq; modus inueniri poterat, quo vel dolo, vel prece, vel precario haberetur: neq; etiam ſciebatur, patria lingua eoſdem Theophraſtum deſcripſiſſe: poſtquam latina lingua ſcriptos, exuſtos eſſe cognouerat. Nomen tantùm Archidoxæ in pluribus voluminibus legebatur: ad eamq; lectores remittebantur conſulendam: ſed hucuſq; gemere tãtùm et ſuſpirare licuit: legere certè, aut ſperare non licuit,

licuit. Quantum itaq; tibi debebit Natura? quòd e-ius abdita mysteria, aliorum malignitate suppressa: tua benignitate et liberalitate iterum in lucem eruantur? Quantum te amabunt, prædicabunt, quantum nomen famamq; tuam extendent vniuersa infirmorum multitudo: vniuersæ benè valentium, et salubriter viuentium congregationes? quòd quæ ipsis sanitas aliorum inuidia eripiebatur: quæ illis valetudo, futuris morborum accidentibus exposita erat in periculum: quæq; illis vita ante legitimū terminum abbreuiabatur: Nunc tua liberali beneficentia: tua erga Deum in primis, post erga proximos pietate: eadem restituatur: defendatur et conseruetur: atq; ad statutum terminum prolongetur? Nam, vt ego quidem vera fatear, postq; infinitis propemodum laboribus, maximis sumptuum impensis, plurimis magnorum et frequentium itinerū ac profectionum periculis et molestijs susceptis, pluribus annis frustra quæsitum: iam tandem, miserante Deo tot labores, veluti desperabundus, hoc op9 inuenissem, nactusq; fuissem: planè apud me conclu seram, ita clàm et in silentio seruare, vt paucissimis admodum mihi fidis amicis videndum exhiberem. Sed siue tuus, Illustris Heros: siue Theophrasti genius: in diuersam certè me egerunt sententiam. Cum

Alberti à Lasko benignitate, Archidoxa publicatur.

Fructus Archidoxa.

 enim te

enim te, ab ipsa natura, generoso, magnoq́ et im-
perterrito animo, ad gloriam ipsam, nominisq́ aeter
nitatem videam procreatum: iamq́ euidentissimis
argumentis cognoscam, te non paternae duntaxat
laudis et gloriae haereditate contentum esse: quod
Ecclesia: 3. tamen et ipsum magnum est, Gloria enim hominis,
vt scriptura dicit, ex honore patris sui: Et dedecus
filij: pater sine honore: Verum etiam, totum te ita
comparasse intelligam, vt et rerum gestarum ampli
tudine clarissimus longe lateq́ etiam inter hostiles
terras praediceris: Et literarum amore, Doctorũq́
virorum consuetudine, et patrocinio, immortali-
tatem gloriae nominis tui consequaris: non potui
mihi tẽperare, quin pro tuo in me, omnesq́; doctos
amore, quem quoties datur occasio, subinde iterũ
atq́ iterum declaras, huius operis videndi copiam
tibi facerem. Quid enim? An cùm ab ignaua homi-
num multitudine, ingratisq́ Doctorum laruis, tan-
tum Dei munus celandum ducerem: abs te quoq́;,
quem à Deo ipso, atq́ ab ipsa natura, ad maxima
quaeq́ natum esse intelligo: quem ego suspicio et
admiror: quem omne studium in publicum Christi-
anorum commodum ac salutem posuisse video: abs
Hieronimi à Lasko virtus. te inquam tali, tantoq́, celarem? Tu enim es, Illu-
stris Alberte, illo à patre, Hieronymo à Lasko, ma
gno et

gno et laudato in militia et literatura viro progeni- tus, qui Heroicis factis, Patriam, Hungariam, Turciam, Germanias, Gallias, Hispanias, Affricamq; impleuit, vbiq; clarus, vbiq; Illustris Heros: Quē ob insignem militaris virtutis peritiam, Carolus, necdum Imperator, Hispaniarū Rex, Auratæ militiæ insignibus decoratum, omnibus passim Ducibus ac Militibus admirabilem exhibuit: Quē Franciscus Galliarum Rex non modo Auratum Militem percussit: sed etiam in consanguinitatem, societatemq; Sancti Michaëlis Archangeli recepit: qui eundem Regem non modo pugnantem non deseruit, sed, ne in periculo quoq; deserere posset, postquā confosso equo pedes descēdisset, suum quoq; equū dimisit, ac vsq; ad captiuitatem lateri eius indiuulsus adhæsit. Huius autem tanti patris gloria, quāuis ad te iure hæreditario spectet: tamen tu non satis esse tibi duxisti à tali patre natum te esse: nisi etiam proprijs tuis virtutibus tibi famam, claritatemq; parares. Eiusdē igitur Heroicis vestigijs insistens, primum quidem teneris ab annis literarum studiū, pluriumq; linguarum: quæ duo, vero militari viro futuro apprimè sunt necessaria: sedulus excoluisti: q factum est, vt et doctos singulari fauore et liberali munificentia complecterēris: Et in bello, quomodo militares

Albertus à Lasko, In omnes doctos benignus.

militares, tum quomodo milites viuos à periculis et morte liberares, quoties liberet, ex mortuis, per historias discere possis. Verùm cùm duo sint, quæ hominem ad immortalem gloriam euchant, literarum scientia: et Militaris virtus atq; rerum gestarũ amplitudo: Quomodo iuuentutem tuam in sobrietate, Militaribusq; exercitijs attriueris, vt quam tibi gloriam animo propositam habes, eam etiam factis assequereris: Satis docet illa paterni exempli æmulatio, qua ante annos aliquot, Heraclidem Iacobũ, Despotam, parua manu, contra numerosam Alexandri, Walachiæ, Moldauiæq; Palatini crudelissimi, bellatorum multitudinem: non minus solerter, quàm fortiter: in Dominium Walachiæ, expulso Alexandro, cõstituisti. Nimirum quod pater in Ioanne exule Rege Hungariæ restituendo, non sine magna laude ante fecerat: tu hoc idem, in Despota, Palatino Moldauiæ constituendo, non minore animo, nec laude, faciendum tibi existimasti: vt nõ saltem paternæ laudis hæreditate non videreris torpere: sed etiam eam gloriam tuis te factis posse extendere, iuuenis adhuc vir omnibus declarares. Nam quemadmodum nusquam viuidior est paterna virtus, quàm vbi subinde noua filiorum virtute accumulatur: Ita contra ea demum veram in filijs laudẽ

Albertus à Lasko, Despotam in Dominium Walachiæ instituit.

meretur

meretur, quæ paterno splendori si non maiorem, tamen persimilem gloriæ claritatem inducit. Magnũ sanè virtutis, militiæq́ue specimen iam tunc exhibuisti: magnamq́ue de te expectationem non in Patria solùm, verùm apud exteras quoq́ue nationes exuscitasti: quam quòd hactenus interdicere nõ passus es: sed nouis etiam auxeris exemplis: hoc verò laudandum omnino et amandum in te est. Nam vt taceam alia, quis non amet, quis non admiretur in te eam animi magnitudinem, quam vel anno superiori contra Tartaros, mixtimq́ue Turcos, quatuor congressibus, quotidianisq́ue quatuordecim dierum velitationibus pariter tuis, hostiq́ue declarasti? Tuo siquidem ductu factum est, vt non modò ad fines vsq́ue Regni, rapacem hostem, Tartarorumq́ue agmina onustam prædam, captiuorumq́ue multitudinem secum abducentia, Regius persequeretur miles: sed, quòd ante hæc tempora inauditum est, etiam extra fines in hostili terra eisdem semper insisteret persequendis: nec prius à proposito desistere voluisti, quam transcursis octoaginta hostilis terræ magnis miliaribus: fame sitiq́ue triduana perpessa: ad littora vsq́ue Ponti Euxini sub Tartarorum arcem, Otschakouiam, quam Turcorum Imperatoris Satelles administrat, peruenires. Vbi vno Tartarorũ agmine reper-

Albertus à Lasko, Tartarorum quatuor agmina, apud Littus Euxinum, sub Otschakouia, duro marte retundit.

ne reperto: quia alia diuisis captiuis, prædaq́ꝫ, iam discesserant: nō modo captiuos omnes liberasti, sed et acerrimo marte depugnasti: tantumq́ꝫ animi, fame sitiq́ꝫ confecto militi addidisti, vt in medias etiam vrbis arcisq́ꝫ portas audentissimè impetum faceret. Illud autem maius est, singularis prouidentiæ Diuinæ argumentum, quod cum nullus Regij militis Impetator, hactenus fuerit, qui apud illam arcem aut exercitum non amitteret: aut etiam ipse turpiter non caperetur: tibi neutrum horum euenerit. Nam quamuis per nuncios reuocata Tartaroꝝ agmina, celerrimè recurrissent: et nouam pugnam quartò etiam restituta acie cōmisissent: tamen neq́ꝫ tu captus es, neq́ꝫ exercitum amisisti: Quin potius paucis è tuis vulneratis, integrum, et spolijs armentorum, equorum, ouiumq́ꝫ maximis, quæ solæ sunt Tartarorum diuitiæ, oneratum: ad maximam Patriæ laudem, salutem, defensionemq́ꝫ reduxisti. De quibus præclarè gestis Nobilis et clarissimus Abrahamus Bakschay tibi à secretis, collega meus, in Chronicis suis copiosius scribit. Quapropter cùm non modo tuo erga me singulari fauore motus, sed etiam virtutum tuarum consideratione incitatus fuerim: vt horum mysteriorum mentionem, copiámq́ꝫ videndi tibi facerem: Mox vbi, quantum humano generi

Vberrima spolia ad xxx. millia ferè à Tartaris reportata.

Abrahamus Bakschay.

generi hæc vtilia atq; necessaria sint, perpendisti: extra meam expectationem id suadere cepisti: ne tãta naturæ dona, Diuinitus manifestata, amplius occultari et latere permitterem: quin ad communem totius Christiani orbis vtilitatem: pro quo te etiam sanguinem tuum effundere non dubitare testificabaris: lingua latina donatum, prælo committerem. Vicisti autem me, Inclyte Heros, et animum meum prorsus ad id q̃d volebas: imò quod boni omnes, amatores ꝓximorum multis suspirijs expectabant, inclinasti. Versos igitur in latinum sermonem decẽ Archidoxis Theophrastiæ libros, tuo nomini, tuoq; Patrocinio, qui vt verterentur, Author fuisti, dedico, trado, atq; commendo: Vt ad eam, quam militaribus auspicijs, Heroicisq; factis gloriam tibi peperisti: hoc quoq; accedat, vt totus Europæ ambitus, te Authore, tua munifica liberalitate, tuo erga omnes benemerendi studio: tàm admiranda naturæ Deiq; magnalia, se legere, scrutari, et consequi, tibi semper gratuletur: tuumq; nomen apud omnes magis magisq; inclarescat. Dixi.

Cracouiæ die Philippi et Iacobi
Anno 1569.

CANDIDO LECTORI.

QVemadmodum Spiritus sanctus, ANIMÆ, immortalis partis hominis, MEDICinã, summam vniuersæ scripturæ, quam Pater cœlestis sanctificauit, in Psalterium conferre voluit, Ita idē Dei spiritus CORPORIS, mortalis partis hominis, MEDICINÆ SVMMAM, in hoc Theodidacti Philosophi et Medici scriptum complecti voluisse videtur, cui non sine peculiari consilio *ARCHIDOXIS* nomen, sicut et illi Psalterij inditum est. Quo Deus suis sibiq; confidētibus consuleret paruulis, et sapientum confunderet sapientiam, quemadmodum Omnipotens Deus ab antiquo, imò à mundo condito, facere solet. Relinquamus igitur Mare magnum Medicinæ, surdis et cœcis, quibus voluptati est perire. At quibus curæ est Deum, Naturam et Veritatem nouisse, Vt est, vt se agnouisse vult, oremus vt à Magno mari et omnibus eius liberemur mortiferis monstris et periculis. Sitq; nostrum hoc Symbolum.

Vincat	Vincat	Vincat.
DEVS	NATVRA	VERITAS.

Tamdiu autem Candide Lector iudicium tuum suspende,

spende, donec et didiceris et expertus sis, quæ Deus tibi in hoc scripto per Naturam et Veritatem suam exhibeat. Qui voluerit erga proximum suum facere voluntatem Patris cœlestis, qui de immensis Thesauris suis hæc bona tibi largitus est, cognoscet de doctrina, et verè Dei, Naturæ et Veritatis discipulus erit, et Deus cum suis, et naturæ donis, ac ipsa veritate domicilium apud eum faciet. Scrutamini naturam et ipsa testimonium de veritate huius scripti et doctrinæ vniuersæ Theophrastiæ, perhibebit. Bene vale Lector candide cum quo solo loquimur. At calumniæ filij, iusto Dei iudicio suo delectentur malo, ad suorum ipsorum perniciem.

AMEN.

RVPERTVS FINCK MEDICVS Regius: Adamo Schrötero Silesio &c. S. P.

LIbellum Theophrasti de Præparationibus, nu-per opa tua euulgatum, ac dono mihi à te mis-sum, doctissime et humanissime Domine Adame, ea qua debui gratitudine excepi, ac pro ipso plurimũ me tibi debiturum fatebor semper, cùm summope-re hactenus à me fuerit desideratus, ac nunc multis nominibus admodum sit gratus, præsertim verò Authoris, ac materiæ subiectæ. Authoris industri-am satis mirari nequeo, quòd tam promptè Medi-cum vsum mineralium ac metallorum indagatus fu-erit, tamq; fœliciter præter omnem veterum cõsue-tudinem corporibus humanis administrauerit. Materia etiam subiecta in maximam bonitatis Dei contemplationem me adducit, quòd ijs quæ sub ter-ræ visceribus creare voluit, maiorem alijs suis crea-turis, hominum vtilitati destinatis, facultatem ac vires concesserit et implantauerit, vt nullatenus du-bitem, si quis pari dexteritate ea parare, ac peculia-ri iudicio exhibere et applicare nosset, summam hu-manis corporibus languentibus vtilitatem esset alla-turus. Verùm vtrumq; horum plerisq; deesse vide-tur, vt vel præparationis normam ignorent, vel

si quæuis

si quæuis etiã exactissimè parare nouerint, in administratiōe tamen omni iudicio prorsus destituti videãtur. Quò fit, vt et Author, suiq́ similes, nec nō ars ipsa cumprimis vtilis et necessaria, et peculiariter à Deo ordinata, plerisq́ contemptui, imò odio et execrationi sit prorsus. Tu verò, Adame doctissimè, vtrumq́ admodum consultè coniunxisse cerneris: ac propterea multis rationibus compluribus alijs merito es anteferendus. Neq́ tua laude defraudaberis, cùm et propria eruditione atq́ peritia, nec non propagatiōe horum secretiorum apud omnes bonos ac veritatis amantes perpetuam celebritatem tibi sis pariturus. Perge itaq́, vir humanissime, Archidoxωμ quoq́ Opus eiusdem Authoris pari liberalitate in communem philosophantium necessitatem protinus ædere, vt aliquando perspectis operationibus ab eo in alijs libris occultatis, authorem rectius intelligant et admirentur, ac maiori cum fructu languentium curis præesse queant. Non dubito omnes viros probos plurimum te obseruaturos et amaturos: Inter quos ego quoq́ te colere ac plurimum obseruare contendam. Cupiens interim te quàm rectissimè valere, me, meaq́ omnia officia tibi deferens.

Lublino xvi. Calen: Iunij.

1 5 6 9.

ARCHIDOXIS EX THEOPHRASTIA PARACELSI MAGNI:

LIBER PRIMVS.

De Microcosmo.

PROLOGVS.



ONSIDERANTIBVS NObis, vti par est, et debemus, Dilecti filij, exilium, neglectumq; nostrũ, in quo nos auxilijs omnium destituti quamplurimas graues peregrinationes fecimus: inediam atq; ludibria calumniarũ pertulimus: adeoq; tot malis circumdati fuimus, vt non modò florere et emergere, quamdiu veterum scriptis traditam medicinam sequebamur, nõ potuerimus: Verùm etiam multis miserijs et calamitatibus, multa inopia, multaq; amaritudine, non solùm nos, sed plures etiam alij, qui eadem in naui nobiscũ erant, quibusq; veterum scripta nullo auxilio esse, nihilq; salutis afferre poterant, subinde in peius deprimeremur, ac veluti vinculis irretiti obrueremur. Quam ob causam, (vt de alijs, quarum plures etiam aliæ subsunt, in præsentia taceamus:) quamuis plurimi sint Doctorũ, qui veterum vestigia secuti magnas o-

Quibus causis impulsus sit author, ad cogitandum de vero medicinæ fine, veraq; praxi.

1. Inutilium laborum molestia & magnitudo.

2. Medicinæ veterum incertitudo.

3. Periculi magnitudo.

Quæstus & Opes nõ faciunt verum medicum.

gnas opes, pauca quidem cum laude, at multa cum vanitate et mēdacio, cumulârunt, ditesćq; facti sunt: quùm animo nostro recoleremus, quánam via ac ratione ad certum Medicinæ finem, veramćq; praxim peruenire possemus, magna atćq; profunda Naturæ Mysteria, quæćq; adeò sunt admirandæ virtutis, vt vix vlla experientia comprehendantur, nobis sese obtulerunt. Atćq; ideo si expēdamus, quantùm mysteria Naturæ per artem producta, superent ea quæ extra artem sunt: iure optimo, Mysteria Naturæ postquam ab omnibus suis impedimentis, artis officio exempta et absoluta fuerint, in ipsorum virtutibus operationibusćq; ei comparabimus, qui solutus vinculis, èćq; carceribus emissus, toto animo mentem liberam recipit. Perinde siquidem est Mysteriū Naturæ corporibus grossis inclusum, vti lignum humidum, quod etiamsi vri in igne appetat, præ humiditate tamen nimia vri non potest. Quapropter, cùm talis in rebus corporeis sit defectus, danda opera est, vt is arte corrigatur, et ab eis amoueatur: quo quidem ablato, si quis rem ipsam perpendat, eandem huius separandi artis ad communem Pharmacopæorum artem collatæ videbit comparationem, quæ est lucis ad tenebras. Neću hoc sanè ex vlla φιλαυτία, aut arrogantia dicimus, sed ex eo solùm, quòd nobis inuisa

Scopus & Intentio Theophrasti.

Mysteriorum naturæ virtus immensa.

Mysteria naturæ corpore grosso, vt carcere claudūtur.

Mysteria naturæ à corporibus grossis separanda sunt.

Artis Separandi dignitas.

Indoctos & nequā Apothecarios carpit.

bis inuisa est et detestabilis tàm Apothecariorum, quàm Medicorum nequitia, cuius quidem gratia, non modò tenebras meritò dicimus, verùm rectius etiam furum et nequam hominum speluncas, quàm tenebras. Quoties enim indocti isti nebulones, etiam cùm certò sciunt se ineptis suis consilijs nihil effecturos salutis, solius quæstus gratia, vel contra conscientiam, faciunt medicinam in ijs, quos nummis abundare vident, quibus si carerent, sani vtique ab ijsdem reputarentur. Cùm igitur tanta sit artis præstantia, quæ Mysteria Naturæ elicit, vt exempli gratia, Contractura, quæ aliâs ad mortem vsque manca et incurata permanet, per Quintã essentiam, quatuor dierũ spacio curatur: et vulnus in viginti quatuor horis perfectè sanatur, quod p medicinas corporeas totidem diebus curari nequit: Alacri animo aggrediemur, per experientiam, separare Mysteria Naturæ ab impedimentis corporum. Quid enim quæso vtilius, quid homine dignius est, Mysteriorum Naturæ cognitione? ex quibus perpendere licet, quid *DEVS* sit, quid item Homo, et quæ vtriusque actiones: Cœlestes scilicet in Diuinitate, et in Æternitate: Terrestres autem in Corruptibilibus. Ex eodem porrò fonte, et quid Theologia, quid Ius, quid Medicina sit, elicitur: et quomodo vita

Nequitia est ineptè præparata, pro veris exponere & sumere, quod etiã Iacobus Syluius cũ alijs taxauit.

Medicorum auaritiam taxat, omnia pecuniæ gratia facientium.

Mysteriorum mira efficacia.

Experientia ad artem separandi necessaria.

Cognitionis Mysteriorum naturæ dignitas, & vtilitas.

hominis in sola Mysteriorum Naturæ cognitione persistat: tùm etiam quòd ea sola sint sequenda, per quæ *DEVM* et Æternum Bonũ cognoscere atq; adipisci possumus. Nam quamuis admiranda sint in Medicina, et Mysterijs naturæ: multò tamen maius est Mysterium post hanc vitam, illud Æternũ, de quo, quid et quale sit, nihil funditus scimus, nisi quatenus ipsum nobis patefecit. Atq; adeò hinc est crassa illorum in Theologia ignorantia, qui de his ampla faciunt commentaria, quorum ipsi ne minimum quidem intelligunt, quæq; scire homini nõ datur, quonam pacto is statuerit, qui ea tribuit: quãuis ipsi pro ipsorum arrogantia, et auaritia, in verbis eius tumultuentur, et ea ad placitũ trahant ipsorum. Ex quo sanè factum est, vt multæ hactenus fallaciæ errorum constiterint, multæq; in dies excogitentur, quemadmodum à nobis in Monarchia positum est. Quamobrem nos ea dogmata, quæ nõ ex Mysterijs suum habent fundamẽtum, euidenter nihili æstimamus: vti Iuristarum prudentiam, qui leges sanciunt, et ordinem præscribunt, iuxta suarum duntaxat opinionum placita, ita scilicet, ne modò ipsi pereant, etiamsi vniuersum commune bonum periclitetur. In huiusmodi igitur facultatibus, cùm plurima incerta, supra quàm decet, pro certis vsu re-

Mysterium Æternitatis.

Ignaros Theologos taxat, qui scripturam iuxta suũ ipsorum cerebrum interpretantur.

Hæ duæ omnium Scismatum, Errorum, & Hæreseos matres.

Liber Monarchiæ.

Iuristarum auaritiam carpit.

cepta sint, recipianturq́; amplius, relinquimus eas, dum idoneum veniat tempus, in sua pendere æsti-matione: neq́; talium hominum loquacitate, aut o-pinionibus nos flecti aut commoueri patiemur. *Aemulis suis, & oblocutoribus respondet.*

Plura siquidem de DEO garriunt, quàm Diuini-tùs ipsis scire datum est: imò etiam supra DEVM *Ironia.* ipsum sapere volunt, àcsi essent Consiliorum eius assessores, cùm nos vilipendant, et Mysterijs Naturæ detrahant, vilipendantq́; Philosophiam, cuius nec initium, neq́; finem ipsi cognoscunt: ac tantum-modò clamoribus præualere et vincere contendunt, veluti si ipsi essent ij, in quibus solis tota Religio consistat: Vel, qui si non essent, protinus Cœlum et Terra corruerent. Ach quanta hæc est stultitia, quanta fraus et dolus, q; se eos existimant et menti-untur, qui non sunt. Quanq́;, si nos eorum consue-tudine assumpta, pro nostro placito verba primi Magistri et Creatoris nostri ex arrogãtia inuertere-mus, et ad libidinẽ nostrã traheremus, vtiq́; nos q̃q́; pariter cum ipsis erraremus. Cum itaq́; incerta eo-rum commenta, in sola persuasione et vana creduli-tate, non autem vlla certa et iusta ratione consistãt: meritò ea reijcimus, et ad inquirenda Naturæ My-steria animum addicimus. In his enim, effectus fi-nisq́; ipse, veritatis fundamẽtum ostendit, atq́; adeò *Mysteria quantum & quid valeant.*

 ipsa

ipsa etiam DEI Mysteria: Hæc præterea summum DEI amorem in cordibus hominum excitant et pficiunt. Hic est thesaurus Summi Boni, quem nos in his nostris ARCHIDOXIS naruraliter hoc modo intelligimus: Spiritualiter autem intelligendum Monarchiæ committimus. Ex hoc deniq; fundamento, Medicinam nos per experientiam sumimus, per quam certò scimus, et videmus hæc ita se habere: et sic practicam nostram ad visum dirigimus. Hoc autem opus Archidoxæ decem partibus distinguimus, quò rectius, quid nobis sequendum proposuerimus, et intra quos terminos continere nos oporteat, meminisse queamus. Non tamen hæc in commune omnibus, sed nobis solis, nostrisq; scribimus, et cum nostris loquimur, quibus satis apertè hæc intelligenda proponimus: Communi autē plebi, et surdis, nolumus sensum, Cogitationes, cor et animum nostrum aperire, nec exhibere: quin potius muro forti, seraq; firma concludere. Verumtamen, ne fortè eueniat, vt hoc opus nostrum præseruari non possit, quin in manus istorum Idiotarum perueniat, qui omnium bonarum artium osores et persecutores sunt: neûe nos calumniatoribus istis, veluti risibilem quandam Simiam offeramus: Librū decimum, de vsu nouem aliorum, intactum relinquemus: Ni-

Monarchia.

Fundamentum medicinæ Theophrasticæ, Mysterium naturæ est: Medium, Experientia.

Theophrastus suis apertus: vulgo obscurus.

Idiotis, contemptoribus, & osoribus scientiæ, non sunt communicanda secreta.

mus: Nihilominus tamen, satis aperta erunt nostris omnia.

DE MICROCOSMO.

NObis igitur de Arte Mysteriorum Naturæ sermonem instituentibus, in primis Microcosmi natura, in quo omnia eiusmodi arcana probantur et ostenduntur, cognoscenda est: inquirẽdumq; quidnam illud sit in Homine, quod Medicinam suscipit, quod se in eam permiscet, seq; viribus Medicinæ superari patitur, regiq;, vt ei, tanquã equus fræno ductus, aut rabidus canis loro alligatus, pareat, et obsequatur. Sic enim omnino de Medicina sentiendum est, quòd ipsa vniuersam naturam, et omne id in quo vita consistit, trahat, regatq;. In hac autem consideratione tria nobis occurrunt, quæ demonstrant, vnde medicinis talia efficiẽdi virtus insit. Primùm quidem quæ sit causa, quòd quinq; exteriores quos vocant, sensus per mysteria Naturæ emendentur: cùm tamen ipsi neq; ex natura sint, neq; naturaliter crescãt sicut herbæ ex semine. Nulla siquidẽ est quinq; sensuum materia, quæ eos præbeat. Deinde verò cõsideranda venit corporis virtus motiua, hoc est, qd illud sit quod corpus subito transadigit, impellit, et incitat: tum etiam quonam pacto huic laborãti succurri posit, Postremò autem, quomodo virtus omnis in

Microcosmus est lydius lapis Mysteriorum.

Propositio.

Medicinæ vis in corpore.

Propositionis diuisio.

1. De natura sensuum.

Sensus non sunt ex natura corporis.

2. Virtus Motiua.

3. Virtus Attractiua & Digestiua.

omnis in corpore dispergatur, et non solùm in singula sese membra diffundat, verùm etiam cuiusque quoque membri, in quod diffusa est, naturam, permutata cum eo, assumat: cùm tamen initio vnica solùm natura fuerit: exquirendum est.

De sensibus

Primùm igitur De Sensibus, Visu scilicet, Auditu, Gustu, Tactu, et Olfactu, dicamus in hanc sententiam. Oculos quidem, Aures, et item alia nūc dictorum sensuum organa, in sua materia habere principium ex quo fiunt, vti in libro De Corporis compositione dicetur: Visum verò ipsum nō ex eo semine esse, ex quo oculi proueniunt: neque Auditum ex eo, ex quo aures nascuntur: neque Tactum ex eodem oriri semine, ex quo reliqua caro, cutisque protēditur. Sic quoque neque Gustum ex lingua: neque Rationem ex cerebro esse: Sed hæc receptacula duntaxat illorum esse, illosque in hæc tanque in Cellaria aut scrinia infundi. Non tamē hoc ita accipi volumus, quasi sensus isti non sint ex natura Hominis, sed ex gratia infundantur à Creatore, ipsiusque gratiam expectent: vt cùm aliquando cœcus quis nascitur, vt per eum Magnalia DEI cognoscantur.

Organa & Sensus, non ex eadem materia, ortum habent.

Liber de Corporis compositione.

Organa sunt receptacula sensuum.

Sensus sunt ex natura hominis.

Sensus habent corpus impalpabile.

Nam, sicut caro seu corpus, palpabile est: ita sensus isti, quorum nunc meminimus, habent suum corpus impalpabile, et incomprehensibile. Omnis etenim

Homo

Homo ex duobus constat: Corpore Materiali scilicet, et corpore Spirituali. Materia præbet Corpus, Sanguinem et Carnem. Spiritus dat Auditum, Visum, Olfactum, Gustum, et Tactum. Quare quempiam sine Auditu surdum nasci, ex defectu domus et receptaculi contingit, in quo Auditus esse debebat. Corpus nanque Spirituale, nõ perficit suum munus, absque certo et præordinato loco, seu receptaculo, cuius rationem nos in libro de Generatione Hominis attulimus. Atque in hoc Magnalia Dei cognoscuntur, quòd duo corpora, Æternum et Corruptibile, in vnum conclusa sunt, vt patet De Generatione Humana. Medicinæ autẽ vis et operatio ea est, quòd domum illuminat et emundat, quò Corpus Spirituale, vim essentiamque suam exactè perficere in ea valeat, quemadmodum Sibeta in conclaui quopiam nullis fœtoribus inquinato, odorem fragrantissimum emittit.

Homo duplici corpore constat.
Materia.
Spiritus.
Defectus sensuum, fit ex Defectu organi.
Corporis Spiritualis actio, locum, organumque idoneum requirit.
Liber de Generatione Hominis.
Medicinæ vis in restituendo sensu corrupto.

Sequitur iam vt Motiuam corporis virtutem cõsiderem9, vnde veniat, et quæ eius origo sit. Quòd enim corpus Medicinæ vniatur, et sic per eam virtus ipsius motiua confirmetur, ex eo est, Quoniam omne viuens, ratione incrementi, habet à natura inclinationem ad motum quo succrescit et augmẽtatur, q̃d satis euidens est quò ad motum naturalem. Verùm ad

De virtute motiua.
Omne viuens motu augmentationis mouetur.

Motus voluntarius. rùm ad eam motionis speciem declarãdam, quæ nos potißimùm spectat, quæq; secundum voluntatem fit, vt cùm digitum eleuo, cùm salto, cùm curro, et similia ago: qua ex vi hæc proueniãt, quorum nullum apparet instrumentum quo trahãtur, præter voluntatem; Sciendum est Omnium eiusmodi motionum præter naturalium, quarum origo non ex ipsa membrorum propria natura, sed ex accidente est, Intentionem ipsam hominis præcipuam et potißimam Magistram esse atq; gubernatricem. Intentio siquidem, aut Imaginatio non secus virtutem vegetatiuam accendit et inflammat, quàm ignis lignum, vti nos de Imaginatione disertè scribimus: Ipsa autem vegetatiua vis, nusquam potentius, quàm in suo ipsius corpore, in quo ipsa est, et viuit, suam operationem perficit. Neq; est quicquam in toto corpore, quod facilius inflammetur quàm anima vegetatiua: idq; ex eo, quòd ipsa per se fluit vegetando, et pullulat, estq; perinde ad motum prona, veluti ignis suffocatus ad ardorem, qui statim vt aërem conceperit, subitò exardescit. Ita etiam, cùm mihi subit animus in partem quampiam respicere: manibus quidem oculos eò flectere nequeo: at Imaginatio ipsa, quò desidero, ipsos eò dirigit. Eadem autem Ambulationis quoq; ratio est. Nam quò ire cogito, et

Intentio Motus voluntarij Magistra.

Liber de Imaginatione.

Mouet ergo vegetatiua vis corpus: sicut ipsa mouetur ab Imaginatione.

Anima vegetatiua facilè inflammabilis.

Exemplum ignis Suffocati.

prout mihi ambulandum propono, ita eò corpus mouet: quantoq; fortior est Imaginatio, tantò etiã velocior cursus incitatur, Atq; hac ratiõe sola Imaginatio est causa motiua vel impulsiua mei cursus. Medicina autem quum ea corpora in quibus Speculatio siue Imaginatio delitescit, purificet et emundet, fit vt motio promptius faciliusq; dirigatur.

Medicinæ vis in restituendo motu.

Restat vt de Tertio dicamus, Esse videlicet in corpore, eorum omnium, quæ vel extrinsecùs adueniunt, vel introrsum assumuntur, in singula totius corporis membra diffusionem et partitionẽ quãdam: in qua mutatio talis fit, vt eius quod diffunditur pars vna cordis complexionem spectet: altera naturam cerebri, alia item alterius membri, assumat. Corpus etenim duplici via in se attrahit, vtpote, ab intra quidem ea omnia, quæ per os intra ipsum assumuntur: ab extra autem cætera omnia, quæ ex aëre, terra, igne, et aqua attrahuntur. Sed ea, quæ intra corpus veniunt, non est operæpreciũ recensere: quandoquidem ratio ipsa docet, in singula mẽbra ea dispergi, vt infra de diuisione dicetur: Quod verò forinsecus aduenit, eius talis ratio est. Corpus ex quatuor elementis per vniuersam cutem attrahit in se sibi necessaria: quod nisi fieret, non vtiq; sufficeret nutrimentum intra corpus sumptum, ad conseruan-

De Virtute Attractiua et Digestiua, Medicinæq; per totum corpus diffusione.

Assumpta in corpus secundum membrorum naturam mutantur.

Attractio duplex.

Attractio extrinseca ex elementis.

Humidi ex aqua attractio.

seruandum hominem. Tantum siquidem humidi ex aqua attrahit, etiam citra bibendi consuetudinē, quantum ipsi corpori sufficit: ita vt toto tempore, quamdiu quis in aqua steterit, nullam sitim eum extinguere oporteat, non quòd aqua calorem, sicut ignem, extinguat: sed quia calor humidum attrahit, et, tanquam ab intra, ebibit et exiccat. Argumento nobis sunt vaccæ, quæ in Alpibus totam æstatem sine adaquatione durare possunt, quòd ipsarum naturæ sit, ex aëre posse eas potari. Eadem autem ratione hominis quoq; corpus se habet quò ad nutrimentum, quòd scilicet absq; cibo natura conseruari queat, si quis pedibus in terram defodiatur. Atq; etiam nos vidimus quendam, qui cùm totos sex menses nihil comederet, ac recētis duntaxat terræ glebam ventriculo apponeret, eamq; exiccatam recenti commutaret: nihil omnino de fame conquerebatur, eò q; appetitum naturæ hac ratiōe sedaret. Sed eum etiam vidimus qui per medicinam, hoc est, Auri quintam essentiam, cuius vix dimidium scrupulum quotidie assumebat, plures in annos sese cōseruabat. Multi verò præterea, et quidem nostra memoria fuerūt, qui etiam intra viginti annos nullum cibum acceperunt: quanq; pleriq; hoc Deo ascribant, ob personarum sanctimoniam, quod nos præsenti-

Humidi ex aëre attractio.

Alimenti ex gleba recentis terræ, attractio.

Alimentum ex medicina.

præſentibus non determinamus. Nam illud quidem naturale eſt, quòd Triſtitia, Melancholia, et difficilis animus, famem ſitimq; reprimunt: idq; adeò, vt per ſolam ab extra factam attractionem, in multos annos corpus conſeruetur. Neq; verò cibus ita inſtitutus eſt, vt panẽ et carnes cõedere omnino nos oporteat: neq; potus, vt vinum aut aqua bibenda ſint: Sed quùm ex aëre, et gleba recentis terræ, corpus noſtrum ſuſtentare poſsimus, reliqua quæ eſui apta ſunt, nobis probandi noſtri cauſa propoſita ſunt, quod nos in Monarchia Dei declarabimus.

Affectus animi, famem, ſitimq; reprimunt.

Alimentorũ ratio.

Quãq; impoſsibile nobis etiam videtur, labores noſtros, itinera, ac id genus alia, ſine temporali cibo, corporaliter poſſe perfici, idq; ob multas cauſas, quarũ vna eſt, quòd nutrimentũ, tanquã medicina contra morbũ, æquè diuinitùs inſtitutũ eſt. Vt igitur clarius hæc diſtinguamus, ſciendum eſt, ea quæ intra corpus veniunt, perinde in vniuerſum corpus, ſingulaq; eius membra et particulas diuidi: veluti cùm vinum ardens aquæ infuſum ita totũ aquæ corpus æqualiter ei commixtum penetrat, vt tota aqua eius ſaporem referat: aut veluti cùm vinum totum ex infuſo in ipſum atramento nigreſcit. Ipſe verò humor vitæ qui eſt in corpore, citius etiam ſingula penetrare facit, quàm in propoſitis exemplis dictũ eſt.

Alimentorum neceßitas.

Omne aſſumptum in corpus, diffunditur in ſingula membra.

Humor vitæ citißimè omnia penetrare facit.

Nutrimenti permutatio.

est. Assumptum autem nutrimentum in eam vertitur naturam, quæ est membri ipsum apprehendentis, diuidentis, et in sui similitudinem conformantis.

Exemplum de Pane.

Huius exemplum videmus in pane, qui in homine fit corpus hominis, in cane, canis: in pisce item, corpus piscis. Ita etiam sentiendum est, omne quod in corpus assumitur, alterari secundum naturam membri, in quod dispergitur, vnirique cum eo ex ipsa vi naturæ. Similis autem etiam Medicinæ ratio est. Nã

Medicina in naturam membri mutatur.

et ipsa in eius membri naturam et proprietatem trãsmutatur, in quod diffunditur, ita vt vnumquodque omnem vim, efficatiam, et virtutem ex sua ipsius substantia accipiat, secundum medicinæ dispositionem bonam aut malam, subtilem aut grossam. Si

Medicina quo subtilior, eò virtus eius potentior.

nanque medicina, in Quinta essentia fuerit, potentior vtique erit eius transmutatio: Si verò in corpore grosso, manebit eius quoque transmutatio grossa: Sicut ferè videre est in picturis, quæ colorum ratione ornantur: nam nobiliores colores, ornatiorem, viliores autem, deformiorem reddunt picturam.

Nostrum igitur propositum est, ea quæ experientia assecuti sumus, animi gratia in vnum colligere et ordinare, quò minus exercitiorum nostrorum immemores, si quando vsus postulauerit, ea in promptu habeamus, ac in memoriam reuocemus. Decimum au-

mum autem librum Idiotarum causa intactum relinquimus, et nostro duntaxat in occipitio concludimus. Quanquam nostris satis dictum sit.

Decimus liber non conscriptus.

Nemo autem miretur nostram scribẽdi rationem, nam licet sit contra veterum morem instituta, tamen experientia confirmata est: quæ omniũ rerum Magistra est, et per quam probantur omnia, oculisq; subijciuntur.

Theophrastus sua probat per experientiam.

ARCHIDOXIS EX THEOPHRASTIA PARA. CELSI MAGNI.

LIBER SECVNDVS.

De Separationibus Elementorum.

THEORIA.



RIVSQVAM verò aggrediamur Separationes Elementorū explicare, illud, cuius etiam De Generationibus rerum, licet non in hanc Separationis Elementorum sententiam, meminimus, præmittendum ducimus, ex quo facilius Separationis ratio intelligi queat: cùm valde conueniens sit rationi, rei cuiuslibet ad certum finem perducēdæ, ante omnia, exquisito iudicio finem ipsum cognoscere. Hoc nãq; habito, praxis ipsa rectius habebitur. [a] Ponimus itaq;, omnibus in rebus primùm quidem quatuor elementa coadunata esse: deinde verò ex eis porrò rē prædestinatam oriri. [c] Quomodo autem quatuor elemēta, cùm inuicem contraria sint, conuenire, et simul esse posfint, absq; eorum destructione: intelligendū est, Mixtione elementorum in rem prædestinatam inclinata,

[a] Propositio, seu Thesis, Fundamentum separationis cōtinēs. Res omnis, corpore & forma substantiali, in qua virtus est, constat: Corpus ex quatuor elementis constituitur: Forma substantialis, ex elemento prædestinato est.

[c] De elemētorum cōtrarietate & conuenientia.

inclinata et confirmata, nullum in eis pondus esse, sed vnius elementi plus, quàm alterius in commixto contineri. Ex quo sequitur, illud elementum, quod in digestiõe et fermentatione prædestinationis fortius est, cætera excellere, et ea deprimere: Ac solum ipsum in sua perfectione produci secundum suã naturam et proprietatem: tria verò reliqua non perduci ad perfectionem, sed esse duntaxat in hoc perfecto elemento, sicut * humidum incompletum in ligno: ideoq́ neq́ elementa vocanda esse, cùm sint imperfecta, præter vnum. Neq́ enim, cùm de quatuor elementis dicimus, quæ finaliter omnibus in reb9 sunt, eiusmodi elementa, quatuor perfecta esse, existimandum est: sed vnum solum esse absolutum, reliqua verò ex virtute præpotentioris elementi, imperfecta relicta. Quapropter satis rectè Elementa conuenire, et simul rebus inesse possunt, * eò quod cùm nulla sit in tribus perfectio, nulla quoq́ destructio ex contrarietate mutua sequi potest. Accedit etiam, quòd cùm prædominans illud elementum, in vnum genus prædestinatum sit, nulla illi destructio ex cõmixtione inhærere aut imminere potest, vti à nobis De Generatione positum est. Hac itaq́ ratione cùm vnicum sit elementum qualibet in re particulariter, tria verò alia imperfecta existant, non est operæpretium

Elementum prædestinatum.

* Ein moder.

* *Plura contraria in eodem subiecto esse possunt, in gradibus remissis.*

De Generatione Liber.

cium quatuor in quaque re quærere Elementa: sed vt omnino quatuor inesse rebus singulis Elementa intelligendum est: ita non quatuor actu complexiones: idque hoc pacto. Substantia rei cuiuspiam, vt exempli gratia Nenupharis, habet in se Elementum aquæ: itaque iam amplius in ea nulla est terra, nec ignis vllus, nec aër vllus: imò nec similitudo caloris, aut siccitatis vlla. Neque enim omnino quicquam calidi vel sicci habet, sed prædestinatum ipsius est aqua, et vnicum aquæ elementum, cui nulla subest caliditas, neque vlla siccitas in natura sua innata. Verumtamẽ, quamuis hæc ita se habeant, adsunt nihilominus ei tria elementa alia, non ex his tribus quæ imperfecta nata sunt: neque enim ex his aut originem, aut processus adiumentum vllum habent: sed principium eorum est, ex prædestinato Elemento, quod in hoc genus inclinatum et informatum est. Etsi autem cõtrarium sit philosophiæ, hoc prædestinatum Elementum, quod secundum suam naturam * annexibile est, alia tria non in se continere debere: nihil tamen abhorret à vero, ex eo, quòd Elementum hoc, et Substantia, distinctè diuidenda sunt: Considerãdũque est, Substantiã non esse ex Elemento hoc, q̃d ipsam tingit, et elementatã facit: neque itẽ Elementũ hoc, esse ex Substantia; sed eodẽ modo in vnũ cõuenire, sicut

Nenuphar.

Elementa duplicia in rebus.

Extra prædestinatum elementum, puto.

** Ita vt et illa tria imperfecta, ipsi inhereant: & ipsum corporis elementis annexum sit.*

NOTA.

nire, sicut animã et corpus. Sciẽdũ porrò vnũ quodq; corpus, veluti vegetabile, cõplexionatũ esse: similiter verò etiã Elementũ. Quamuis verò Elementa ea, quæ in corpore vegetabilis existunt, neq; visui, neq; tactui manifesta sunt, eò quòd Elementum illud prædestinatum, ratiõe subtilitatis suæ adeò potens est, vt alia plantæ, seu vegetabilis corporis elementa deprimat: nihilominus tamen sunt in corpore, sed occultè, et non manifestè. Quemadmodum cùm aqua, cui acetum infusum commiscetur, similis fit aceto: et licet omnis eius qualitas per acetum alterata sit, tamen complexio aquæ incorrupta est, neq; ideo acetum est, sed est aqua, vti fuit ante: ac etiamsi non iam virtutem aquæ faciat, aqua tamen nihilominus est. Hac itaq; ratione, per hæc quæ proposita sunt, declarandum duximus, qua ratione separationes elementorum faciendæ sunt: quarũ duæ, ex his quæ dicta sunt, viæ operandi cognoscũtur, vna quidem, quæ spectat ad separationem prædestinati elementi, quam de quinta essentia declarabimus: Altera, quæ pertinet ad quatuor elementa, quæ sunt substantialiter in planta, vel vegetabili.

1. Diuisio. Separatio elementorum duplex. Elementi prædestinati, & elementorum corporalium.

Ex his autem intelligere est, Prædestinatum elemẽtum, esse Quintam essentiam, neq; posse ab ea, tria alia elementa diuidi aut separari, vt infra de Quinta

Prædestinatum elementum est Quinta essentia.

essentia dicetur. Quod autem in præsentiarum dicitur, de separatione quatuor elementorum, id intelligendum est, de illis quatuor, quæ in corpore essentialiter delitescunt, in quo multi lapsi sunt in eum errorem, vt in prædestinato elemẽto, quærerent quatuor elementa, et supra illa, Quintam essentiam, q̃d fieri nequit. Amplius autem considerãdum est, cùm quatuor elementa corporis ita separanda sunt, vt hoc quidem sit ignis, illud aqua, Tertium simile aëri, quartum Terræ in sua complexione: Elementa hæc interdum, in forma elementorum, interdum in complexione, apparere. In forma elementorum, vt cùm aqua, sicut aqua cernitur: Aër, in forma aëris, Terra instar terræ, et Ignis sicut ignis, quod quidẽ subtilissimè est intelligendum. Potest nanq; etiam citra hanc, similitudo, seu conformitas elementorũ, ratione complexionis, quam habent elementa, deprehendi: non quòd elementum ignis, manifestè actu tanquam ignis appareat, sed tanquam complexio Calida et Sicca, quæ est ignis. Atq; hoc modo, sua cuiq; tribuetur elemento essentia, natura et proprietas incorrupta. Neq; * hic cogitari debet, herbam quampiam multùm calidam, qualis est Vrtica, plus in se elementi ignis habere: sed Quintam eius essentiam calidiorem esse Quinta essentia Camomillæ,

Error quorundam. vt Raymundi, & eius sequacium.

2. Diuisio. Separatio elementorum corporeorũ, aliâs fit secundum formam: aliâs secundum complexionem.

** Cum de prædestinato elemento loquimur.*

millæ, quæ minus habet caloris. At verò elementa corporis, copiam et paucitatem suam ex ipsius substantia accipiunt, vt arbores, plus habent ignis, quã herbæ: et lapides plus sicci et terrei, quàm resinæ. Obseruandum itaq; excessum aut defectum gradus et quantitatis in Quinta essentia, ex prædestinato elemento venire: in corporeis autem elementis, ex ratione substantiarum, quæ inæquales sunt. Quare omnino sciendum est, quonam pacto praxis et ars Separationis corporeorum elementorum ab inuicẽ, omnibus in rebus exercenda sit. Duæ siquidem sunt separandi praxes. Vna, qua ex puris elementis, tria eruuntur, vt ex Igne ardente, ex inuisibili aëre, ex ipsa vera terra, et ex ipsa naturali aqua similiter: quorum quidem elementorum origo, omnino diuersa est, neq; conuenit cum supradictorum elementorum origine. Altera est, quæ fit in * ijs, quibus quatuor illa supradicta insunt, cum differentia hac, quòd eorum vnum, plurimum ignis, aliud plus aquæ, quoddã plurimum terræ, quoddam verò aëris plurimũ exhibet: idq; cum forma conueniente essentialibus elementis. Quùm autem hoc modo diuisa, separataq; fuerint elementa, non iam amplius corrumpi poterunt, ita vt eorum complexiones destruantur. Animaduertendum verò est, elementa in separatione,

Accedit ad tertiam diuisionem.

Excessus graduum elementalium duplex.

3. Diuisio.

Separatio elementorum corporeorũ, alia est purorum, alia, secundum excessum graduum, in rerum corporibus.

** Corporibus scilicet rerum.*

Corporum diuisio.

Aër in separationibus, qualis

quò ad rationem et formam, elementis essentialibus conuenientia et conformia reperiri. Aër siquidem, in similitudine aëris apparet, nec comprehendi vel contineri potest, quemadmodum quidam opinantur. Cuius causa est, quòd aër, in instanti, mox ab initio separationis, eleuatur, et erumpit sicut ventus: et quandoque cum aqua ascendit, quandoque cum terra, quandoque cū igne. Est enim singularis et admirabilis quædam aëris eleuatio, vt cùm ex essentiali aquæ elemento aër est separandus, quod fit per coctionem, cuius ab initio statim, aër ab aqua sese diuidit et separat, secumque ducit leuissimam et subtilissimam aquæ substantiam, ita vt quantùm aqua coquendo minuitur, tantùm etiam aër, quò ad ipsius proportionem et quantitatem, in ipsa minuatur.

Exemplum.

Aër omnibus elementis commixtus.

Sciendum itaque, nullum posse elementum sine aëre contineri, quamuis quodque eorum absque alio per se existat: ideoque ne nos quidem conamur, seorsum aërem separare, cùm æquè insit tribus elementis, sicut vita inest corpori, qua ab eo separata, vtraque deperduntur, quemadmodum nos in sequenti practica Separationum clarè ponemus. Sunt autem in corporibus separandi viæ, quatuor. Vtpote vna Aqueorum corporum, quales sunt Herbæ, quæ supra alia elementa plurimum aquæ exhibent. Secunda Igneorum,

4. Diuisio. Separatio elementorum corporeorū est quadruplex.

1. In Aqueis corporibus.

2. In Igneis.

gneorum, quo in numero sunt, Arbores, Ligna, Resinæ, Olea, Radices, quæ copiosiorem ignis, quàm alterius elementi continent substantiam: Tertia est Terreorum corporum, vt sunt Lapides, Lutum, et Terra: Quarta est aëreorum, et quidem, vt supra diximus, in singulis prædictorum trium. Similiq́ꝫ modo separandorum Simplicium, siue purorum elementorum, quatuor vias esse intelligendum est. Atq́ꝫ ex his facile iam constat, et * quæ, et qua ratione, elementa separãda sint. [a] Capita autem separationum sunt hæc. Imprimis Separationes elementorum ex Metallis. Horum quippe elementa in singulares virtutes prædestinata sunt, quæ in aliorum elementis deficiunt. Nam quanquam rerum omnium elementa sunt similia inuicem ratione calidi, frigidi, humidi, sicci: non tamen siccum hoc, aut humidũ, est æquè vt aliud, ratione scilicet virtutis specificæ: neq́ꝫ frigidum, aut calidum hoc, est sicut aliud. Habent siquidem singula vim sibi appropriatam, diuersam ab alijs: vt quædã sunt aperitiua, quædam verò stiptica. Et sic alia aliusmodi multifariè. Quapropter, sua singulis generibus est singularis natura et essentia, vt nullum genus, elementorum causa, in suis virtutibus cum altero genere conueniat. Sic etiam Separationes Marchasitarum, in praxi, et natura ele-

3. In Terreis.

4. In Aëreis.

Subdiuisio tertiæ diuisionis.

* *Prædestinatum in quinta essentia. Corporeum, in corporibus: et Purum, in separatis.*

[a] *5. Diuisio, in 10. genera rerum.*

1. Metalla.

Elementorũ omnium rerum similitudo, & Dissimilitudo.

2. Marchasitæ.

tura elementali, diuersæ sunt ab aliis, ac quodlibet genus, singulari separatione constat, et singularem praxim requirit. Deinde sequuntur lapides et gemmæ, quæ itidem peculiari modo et essentia, sua manifestant elementa, nulla planè cum prædictis similitudine. Deinceps verò Salia potissimùm singularis sunt naturæ, et plurium proprietatum, quàm in aliis videre liceat. Alia porrò est Herbarum essentia, quæ cum mineralibus nulla ratione congruit, ne ordine quidem naturæ. Itidem in Arboribus, Fructibus, Corticibus, et id genus aliis, alia est proprietas, quæ sanè omnia considerentur oportet. Sic etiam, Carnes, Potus, Alimenta, comestibilia, et incomestibilia, bona, pura, mala, et sordida, in huiusmodi separationem reducenda sunt.

3. Lapides et gemmæ. *4. Salia.* *5. Herbæ.* *6. Arbores.* *7. Carnes.*

Amplius autem id quoque videndum est, duplicẽ nobis esse separationem, Vnam quidem, qua elementorum quodlibet, dempto aëre, in suũ diuersum receptaculum seorsim sepatur, absque corruptiõe virtutis eorũ: Alterã verò, qua purũ ab impuro, præter quatuor elemẽta sepatur. Cùm enim elemẽta ab inuicẽ sepata sunt, quodammodo grossa et informia sunt: oportet itaque separatis iam elementis, hanc quoque tandem separationem specialiter superinducere.

6. Diuisio. Separatio duplex, alia elementorum, alia puri ab impuro.

Epilogus. Hæc itaque nostra est sententia in praxi Separationis elemento-

elementorum, vt, primùm quintam rerum essentiam, separandam esse, intelligatur, eam potissimum ob causam, quòd elementa corporea, non in natura quintæ essentiæ, sunt ex corporibus arte separanda, neq́ue cum ipsa quinta essentia relinquenda: quò ipsa quinta essentia valeat plus aut minus elementa tingere. Scire nanq́ue conuenit, Nihil elementis quatuor in ipsorum virtute decedere, etiamsi prædestinatum elementũ, id est, quinta essentia, sepata fuerit: quæ et ipsa elementata est, et separari potest, quò ad formam elementalem, sed non quò ad diuersas naturas, vt patet de Quinta essentia. Per eiusmodi separationes verò, quilibet elemẽtalis morbus, suo vno simplici curari potest, ea scilicet ratione, si prædestinationes simpliciũ contra hos morbos ordinatæ sunt, vti de prædestinatione dicimus.

Cur elementa ante quintam essentiam separentur.

NOTA.

Atq́ue hoc modo, satis nos declarasse arbitramur initium separationum, principiaq́ue: sequitur vt iam de ipsa praxi loquamur, cuius decem sunt generalia capita. Primum de Metallis: Secundum de Marchasitis: Tertium de Lapidibus: Quartum de Oleaginеis: Quintum de Resinis: Sextum de Herbaceis: Septimum de Carneis: Octauum de Vndosis vel Succis: Nonum de Vitreis: decimum de Fixis. (*)

PRAXIS.

Partes.

Requiruntur autem ad hanc elementorum Sepa-

Modi operationũ. rationem, tres modi operationum: Prima per Distillationem: Secunda per Calcinationem: Tertia p Sublimationes. Ad has autem pertinent omnia dextrè cum igne agendi magisteria, et labores: Si quid verò amplius vsus postulauerit, eorum in sequentibus mentionem faciemus.

CAPVT I.

De Separatione Elementorum in Metallis.

Artificis ratio. VNicus autem est processus Separationis Elementorum ex Metallis, ad quam, idoneorum instrumentorum apparatu, et diligentis sedulitate laboris, et experta Magisteriorum dextrè agendi, operandiq́ peritia, accingaris oportet.

Primũ igitur confice aquam fortem in hunc modum. Recipe Aluminis, Vitrioli, Salis petræ, omnium ana, Distilla aquam fortem vt moris est: Cuius Capiti mortuo, id est, fœcibus in fundo relictis, in vitream cucurbitam immisso, aquam hanc superfunde, ac secundo distilla. Hanc aquam fortem purifica cum Luna, siue argento, post dissolue in ea Salem armoniacum. Quo facto, recipe metallum in laminas diductum, et beneficio huius aquæ iam paratæ dissolue in aquam, post separa aquã ab eo in balneo Maris, et iterum refunde, et separa. Atq́ hoc vicissim

Balneum Maris vel Mariæ.

eo vsq́

eo vsq; reitera, donec in fundo quoddam oleagine-um reperiatur, ex Auro quidem coloris brunati, siue purpurei, ex Argento Cœlestini et Lazurini: ex ferro rubei, cum obscuritate: ex Mercurio, penitus albi: ex Saturno, plumbei, liuidiue: ex Cupro, planè viridis: ex Stanno, crocei. Quamuis autem nõ omnia metalla æquè facilè in oleum redigãtur, nisi prius fuerint præparata: Mercurius siquidem sublimãdus est: Plumbum calcinandum: Venus siue Cuprũ in flores æris conuertendum: Ferrum in crocum rubeum: et Stannum reuerberandum: Argentum tamen et Aurum facilem admittunt tractationem. *Colores oleorum metallicorum.* *Præparatio metallorum.*

Postquã verò metalla in oleum, inq; liquidam substantiam reducta sunt, et hoc pacto præparata ad separationem elementorum, quæ in forma metallica fieri non poterat: Quælibet siquidem res præparanda primùm est, ad finem intentum: Tunc tandẽ ad marcam vnam huius olei, appone marcas duas nouæ aquæ fortis, qua non es vsus, et reconde in vitro bono in fimum equinum, mensem vnum: post distilla igne lento, ita vt materia in fundo coaguletur. Eam verò aquam fortem, quæ hac distillatione per alembicum transiit, distilla per balneum: Et sic habebis duo elementa coniunctim, in eo quod mansit in fundo in balneo: Et vnum seorsim, quod

 mansit

Elementorum diuersa in diuersis metallis ratio.

mansit coagulatum in igne lento. Non tamen eadem in omni metallo eodem modo se habent elementa. Nam ab Auro, in Balneo remansit elementum terræ, et aquæ: (Aëris est in omnibus tribus) Et e-

Elementum substantiale semper in fundo remanet.

lementum ignis remanet in fundo, eam ob causam, quia Substantia et Tangibilitas Auri, ex igne est coagulata, Ergo substantia continetur in substantiali. Ab Argento manebit in fundo elemētum aquæ: in balneo verò manet elemētum terræ, et ignis: Cuius ratio est, quòd Substantia et Corporalitas Argenti, quæ fixa est, et eleuari nequit, ex frigido et humido constat. Item ex Mercurio, ignis remanet in fundo, Terræ autem et Aquæ elementum in balneo residebunt. De plumbo, elementum terræ in fundo: ignis et aquæ in balneo habentur. De Stanno, aër coagulatur in fundo, et eleuantur ab eo ignis, terra, et aqua. Atq; hoc notandum est, quòd in Stãno, Aër præbet corpus, et præter Stannum in nullo metallo: quamuis autem quædam aëris pars, vnà eleuetur, et cum alijs tribus elementis inseparabiliter in commixtione maneat: non tamen est aër corporalis, sed aër volatilis, qui non est separandus. Po-

Aër duplex, volatilis, & fixus.

stremò, illa Remanentia, id est, corporale elementũ in fundo coagulatum, cum recēti aqua forti in balneo, in oleum reducendum est, Et sic erit illud ele-

mentum

mentum absolutum et perfectum, quod repone separatim ad partem. Alia item quæ in Balneo sunt, hoc modo separa. Impone in arenam, pelle lento igne, tunc primùm ascendet aqua, postea ignis, quod ex colore cognoscitur: Si duo hæc ibi relicta erant. Si verò elementum Aquæ et Terræ fuerant, transit vtiq; aqua primùm, postea terra sequitur. Atqui si terræ et ignis fuissent, transibit primùm ignis, postea terra. Verùm si aqua, ignis, et terra, coniuncta fuissent, primùm aqua ascendit, postea ignis, nouissimè terra. Atq; sic quodlibet elementum in suo peculiari vitro seponere poteris, in sua propria natura. Vt exempli gratia, ex auro, vnũ calidum et siccum, sine omni alia proprietate: Similiter etiam aliud frigidum et humidum: et tertiũ frigidum et siccum. Idem de reliquis sentiendum. Cæterum scire conuenit, id, quod corrosiuum elementis ex aqua forti adest, ab eisdem detrahi debere, ea ratione, quã de Quinta essentia tradidimus.

Ignem. *Aquam.* *Terram.* *Corrosiui separatio.*

CAPVT II.

De Separatione Elementorum ex Marchasitis.

QVemadmodum autem diximus de Separatione Elementorum in Metallis, ita sequitur vt de Marchasitarum quoq; separatiõe dicamus, quæ

in hunc modum se habet.

Recipe Marchasitarum quicquid volueris, Vismutum, Talkum, Koboletum seu Cachimiã, Granatos, et quicquid horum generum est, libræ vnius ponderis: cui adiunge tantundem Salis petræ, contere et mole subtiliter inuicem, postea adure iu cucurbita vitrea per alembicum. Aquam quæ transiuerit, obserua: quod verò in fundo remanet, redige in puluerem, et pone in aquam fortem ad soluendum. Postea affunde ei aquam prius collectam, et distilla omnia, vsque dum vertantur in oleum, sicut de Metallis dictum est. Eodem autem processu vtere in separandis elementis ab inuicem. Marchasita nanque Aurea, correspondet auro in similitudine, Vismutum, id est, Argentea Marchasita, Stanno et Plumbo. Cinetus Cupro, Talkum Stanno, Koboletum Ferro. Et sic sufficit de separatione Marchasitarũ omnium in genere.

CAPVT III.

De separatione Elementorum in Lapidibus.

IAm de separatiõibus in Lapidibus et Gemmis dicendum est, quarum modus talis est. Recipe lapidem optimè in puluerem redactum, cui adde duplum eius, Sulphuris viui, factaque optima eorum cõmistione,

mistione, pone in Crusibulo optime lutato in Athanor, ad quatuor horas, vt sulphur totum comburatur: quod remanet ablue diligenter à fœcibus et sulphure, et exicca. Quo facto hanc quoque calcem lapidis pone in aquam fortem, et procede cum ea ad normam in metallis datam. Correspondēt autem lapides metallis hoc modo. Puræ gemmæ quæ neque albæ, neque liuidæ sunt, comparantur Soli siue auro: Albæ, liuidæ, Lazurij coloris vel Cœlestini, Lunæ siue argento. Communes autem lapides alijs metallis comparantur, vt Alabastrum Plumbo: Marmor Ferro: * Silex niueus, Stanno: * Anatron, vel fluores, Mercurio etc.

* Kißling.
* Duft.

CAPVT IIII.

De separatione Elementorum ex Oleagineis.

SEquitur separatio Oleagineorum, qualia sunt omnia Olea, Arbores, Radices, Semina, Fructus: et similia, in quibus est quædam naturalis ad vrendum dispositio. Horum separādi ratio duplex est, vna in corporibus oleagineis: Altera in Puris oleis.

In corporibus Oleagineis modus est hic.

Recipe corpus, quod lima, vel serra, vel torno, reduc in puluerem, vel floccos subtilissimos, liga in li-

neum

neum panniculum, et impone in fimum equinum tãto temporis ſpacio, donec totum putreſcat. Aliud nanq́ alio citius putreſcit. Putrefacto verò ſuperfunde in vitream cucurbitam commune vinum ardens, quod quatuor digitis ſuper materiam enatet: et diſtilla per arenã quicquid tranſire poterit. Omnia enim elementa, præter terram, tranſeũt: quæ etſi ex coloribus diſcernenda ſunt, tamen initio vinum ardens tranſire permittas: et tunc ſequetur primum aër: poſtea aqua: vltimo ignis: manebit verò terra in fundo.

Pura autem olea, nulla indigent putrefactiõe, ſed abſq́ additione diſtillantur, et ipſi colores differentiam Elementorum indicant, ſicut de alijs diximus.

CAPVT V.

De ſeparatione Elementorum ex Reſinis.

IDem autem quod de oleis puris dictum eſt, etiam de reſinis, quæ in liquida forma ſunt, quales ſunt Pix, Reſina, Terpentina, Gummi, et ſimilia, ſentiendum eſt. Quæ verò corporales reſinæ ſunt, vt ſulphur, ea præparationem præmitti requirunt, in hũc modum.

Sulphur. Recipe Sulphur puluériſatum, decoque cum duplo eius olei lini, vt Epatis formam ſeu colorem induat,

duat, quod comminutum putrefac in vesica in fimo equino quatuor hebdomadarum spacio, post distilla per alembicum, ad lentum ignem carbonum: Ascendetq́ primùm aër et aqua, distincto colore pallido. Postea auge ignem, et transibit ignis. In fundo verò terra manet. Colores verò puri manifestè apparebunt. Aëris, croceus cum pallore, Aquæ, albus spissus, instar lactis grossioris, neq; alteri quàm lacti grosso comparabilis. Ignis, instar Rubini scintillans, cum omnibus signis igneis. Terra verò nigra et adusta. Vt autem hic Elemēta distincta sunt, ita vnumquodq́ eorum perfectum est, in sua elemētali cōplexiōe, et impermixtū, vt cōmemorauimus.

CAPVT VI.

De separatione elementorum in Herbis.

IN Herbis verò frigidæ naturæ, plurimum aquæ reperitur. In Aëreis autem, elementum aëris alia exuperat: idemq́ de Igne dicendum, in Igneis. Harum autem separationes tali fiunt modo.

Recipe Saluiam, contunde, et putrifica, sicut de Oleagineis dictum est, post distilla per ventrem equi. Ascendit autem primùm Ignis elementum tādiu, donec color, et grossities aquæ mutentur: tandem subsequitur terra: pars verò eius quæ fixa est

in fundo deorsum manet. Hanc aquam digere in Sole per sex dies, postea pone in balneum, exibitq; primò elementum aquæ in parua quantitate, quod gustu deprehenditur: tandem elementum ignis subsequitur, donec iterum gustus alteretur: vltimò pars terræ ascendit, et quidem exigua, maior verò in fundo reperietur: Ipse autem Aër omnibus permixtus erit. Eadem quoq; Aërearum herbarum, Aquaticarumq; ratio est: in quibus præcedit Aër, postea Aqua, vltimò Ignis sequitur, eodem modo procedẽdo, vti de Saluia dictum est.

CAPVT VII.

De separatione Elementorum in Carnibus.

EAdem quoq; ratione Separatio in Carnibus, et omnibus quæ habentia sanguinem viuunt, intelligenda est: eius scilicet elementi plurimum finaliter in quolibet animali reperiri, quod eius animalis maximè corporale elementum est. Sic in Piscibus principale elementum est aqua: in Vermibus, Ignis: in Comestibilibus animalibus aër, quemadmodum de generationibus animalium diximus. Separatio autẽ horum hæc est, vt in Piscibus.

Recipe eos, et postquam optimè putrificaueris, distilla per ventrem equi, et ascendet aqua: Postea iterum

iterum putrifica amplius, et distilla per ventrem equi, iterumq; ascendet aqua: huiusmodi putrificationem reitera, donec nulla amplius aqua ascendat. Tunc reliquum distilla per arenam, eleuabiturq; Ignis in forma olei, et Terra in fundo residebit. Hoc modo tota piscis substantia resoluitur in elementa. Pinguedinis etiam et medullæ omnis, per putrefactionem sua elementa separantur. Eademq; vermiũ ratio est, hoc excepto, quòd minus aquæ, et plus ignis habent, nisi sint vermes aquatici. In huiusmodi autem distillationibus multa offeruntur, quæ admiranda sunt magis quàm commemoranda. Itidem autem etiam Comestibilium animalium, quorũ carnibus pascimur, vnum quodq; sua elementa manifestat.

CAPVT VIII.

De separatione Elementorum in Vndosis.

REstat de Separatione vndosorum, vel succorum dicere, vel eorum, quæ in huius generis differentiã cadunt, vt sunt Vrina, Stercus, aqua, etc. De his igitur sic accipe.

Recipe Vrinam, distilla totam per alembicum, et transibunt aëris, aquæ, et terræ elementa, ignis verò remanet in fundo. Postea recipe, et cõfunde om-

nia ſimul inuicem, et diſtilla quater. Hac via in quarta diſtillatione, primùm aſcendit aqua, poſtea aër, poſtremo ignis, terra in fundo remanente. Accipe aërem et ignem in ſingulare vitrum ſimul, ſine ſtare in frigido, et ponet Criſtallos, tanquam Styrias, qui ſunt elementum ignis. Quanquam aliquando etiam inter diſtillandum ponuntur Criſtalli, tamen interdum etiam in frigore.

Aquam à ſuis elementis ſeparandi modus.

Decoque eam ſub alembico per ventrem equi, et terra reſidebit in fundo: quod verò diſtillatum eſt, putrifica vſq; ad ſuum tempus, poſt diſtilla per balneum: et exibit primò aqua, poſtea ignis.

Stercora, Vitriolum, Tartarum, & quicquid eſt ex ſuccis, vt Alumen, Sal, & id genus alia omnia, ſeparandi modus.

Diſtilla ex eis quicquid potes per Cineres, et aſcendit aër et aqua, poſtea diſtilla per ignem, et exibit ignis, terra manet in imo. Sed quamuis hic quatuor elementa ſeparata ſint, remanent adhuc nihilominus quatuor elementa occulta in terra, tanquam eſſent fixa. Vt in Vitriolo remanet caput mortuum, quod ſublimatum cum Sale armoniaco, reſoluetur in oleum, in quo eſt aqua et ignis: Terra verò ſubſtantialis deorſum iacet. Separa duo hæc elementa per balne-

NOTA De Capite mortuo.

Sal armoniacum.

per balneum ab inuicem, et exibit aqua, ignis manebit in fundo cucurbitæ. Eadem Tartari quoq;, et Salium ratio est. Quamuis plures adhuc sint horum liquorum separationes, quas de Transmutationibus clarius explicamus: cùm hic sufficiat admonuisse, In Corrosiuis, plura Elementa Terræ inesse, vt in Cineribus: eorumq; separationem, vti nunc ostendimus, per Sublimationem faciendam esse. NOTA.

CAPVT IX.

De separationibus Elementorum, ex Vitris, & vitreis corporibus.

QVod autem superius de Marchasitarũ et Gẽmarum separatione dictum est à nobis, idem etiam de Vitris intelligi debet: ea scilicet primùm cũ Sulphure, sicut gemmas, calcinandas, lauandas, et exiccandas esse: postea cum Sale nitri, sicut Marchasitas: deinde immittenda sunt in aquam fortem, et procedendum iuxta ordinem ab initio expositum. Cognoscentur autem eorum quoq; elementa ex coloribus in distillatiõe, prout ad visum apparuerint. Et hæc de his dixisse sufficiat.

CAPVT X.

De separatione Elementorum in ijs quæ fixa sunt.

ELementorum in Fixis separatio, fit per sublimationem, uti de Salibus et Liquoribus dictum est, hoc tamen obseruato discrimine, quòd hæc initio cum nitro calcinanda sunt, et tandem facienda sublimatio est. Etsi autem plurima sunt, quorum singillatim hic non meminimus, tamen omnium rerū separationes, his decem modis absoluuntur.

Nitrum, et Salpetra pro eodem accipe.

CAPUT XI.

De separatione Elementorum purorum.

DE Separationibus autem simplicium, aut purorum Elementorum, Ignis videlicet, in forma et dispositione Ignis, Aëris, in forma et dispositione aëris, Aquæ similiter, et Terræ, uti sunt secundum suas formas, amplius in sequentibus dicemus. Ac primum quidem *De Igne.*

Non mundi simplicia elementa, sed ex corporibus separata (ut expositum est) intellige.

IGnem igitur quatuor in se comprehendere elemēta, hoc pacto comperies: Cùm ignis fortissimè ardescit et scintillat, conclude eum in receptaculum optimè sigillatum, et per mensem unum digere in fimo equino, habebisq́ quatuor inuicem elementa cō iūcta. Distilla ergo per balneū, et exibit, statim aperto vase, in subiectū receptaculū spiritus vaporosus, qui est aër; reliquum, per balneum continuata distillatione,

latione, exudabit Aquam, deinde per Cineres, Ignē: Terra in imo fundo remanente. Quæ autem horum Elementorum vires ſint, et cur hoc à nobis modo deſcripta ſint, aliјs in libris explicabimus.

De Aëre.

SIc Aër quoq; in vitrum concludendus eſt, et clauſo ſigillo Hermetis vitro, totam æſtatem digere ad radios Solis, et ſic diſtillabitur in ſeipſo Aër, et in quiddam aquoſum permutabitur, quin etiam quo diutius ſteterit, eò plus augmentabitur. Hanc deinde quantitatem ſic ſepara. Putrificetur mēſem vnū, in fimo equino: poſtea per balneum procede, vt de Igne dictum eſt. De huius Aëris virtutib9 alibi plura ſcribuntur.

De Aqua.

REpletam Aqua Phiolam vſq; ad ſummum, nullo relicto vacuo, ſigillo Hermetis claude, et menſem vnum in arena calida digere, vt quotidie æqualem calorem habeat tantùm, vt bulliret, niſi ob plenitudinem vaſis impediretur. Tranſacto verò menſe, iterum putrificetur menſem vnum: poſt aperi, et diſtilla per alembicum cum triplici naſo, ſiue canali, et diuidentur tria elementa ab inuicem, quartum verò, Terra ſcilicet, in imo reſidebit. Huius natura multis in rebus efficaciſsima eſt.

De Ter-

De Terra.

IDem est Terræ, qui Aquæ processus, prætereꝗ; ꝙ distillatio, sicut in Igne, ita facienda est, et eodem ordine procedendum.

Memineris autem multis de causis huiusmodi Elementorum separationem nos posuisse, quæ non modo in Philosophia, verùm etiã in Medicina apprimè vtilis est, et necessaria. De separationibus itaꝗ; Elementorum hæc scripsisse nos, sufficit: nam, quamuis multò etiam plura, et fusiùs scribi possunt: necessarium tamen non est id laboris suscipere.

Porrò, quia illa à nobis proposita, Puri ab Impuro separatio, per eam solam rationem fit, quam de Archanis et Auro potabili exponimus: ideo nulla hoc loco eius mentio facienda est. Et quamuis principium huius processus, non consonet cum ꝓcessu Archanorum et Magisteriorum, finaliter tamen eadem illa præparationis via, cum hac separatorum Elementorum ratione, pariter assumenda habendaꝗ; est. In hac enim Elementa primum separãtur, deinde verò vnumquodꝗ; in seipso purificatur à sua impuritate quam habet, ne ex ea quicꝗ; impedimenti præter rationem accidat, quod aliâs fieri posset.

Archido-

ARCHIDOXIS EX THEOPHRASTIA PARACEL*SI MAGNI*:

LIBER TERTIVS.

De Quinta Essentia.



OSTQVAM itaq; Quintæ Essentiæ mentionem fecimus, quæ rebus omnibus inest, consentaneum ratiõi videtur, primũ, quid Quinta essentia sit, definire. Est ergo Quinta essentia, * Materia, corporaliter extracta ex omnibus vegetabilibus, plãtisq; et ex omnibus his in quibus vita est: separata ab omni impuritate et mortali corruptione: subtiliter ad summam puritatem perducta: et ab omnibus Elemẽtis seiuncta, et exempta. Hinc sanè constat nihil aliud esse Quintam essentiam, quàm ipsam rei cuiuslibet Naturam, Potentiam, Virtutem, et Medicinã in re illa existentem: exutam hospitio, et absq; alieni corporis admixtione contẽtam: Esse deniq; Colorem, Vitam, et Proprietatem rei: Esse præterea Spiritum, similem spiritui vitæ in homine, hoc excepto, quòd spiritus vitæ in rebus cæteris permanet

THEORICA.

Definitio Q. E.

* *Substantia corporea.*

Explicatio Quintæ Essentiæ.

Spiritus vitæ.

Homo. durabilis: in homine mortalis. Ex quo quidem sequitur, ex carne et sanguine humano, nullam posse Quintam essentiam elici: eò quòd spiritus vitæ, qui

Spiritus virtutũ. idem spiritus virtutum est, moritur: et Vita in Anima est: quæ omnia cæteris in rebus non ita se habet.

Bruta. quanꝗ etiam Animalia sensitiua Spiritum vitæ amittant, eo quòd penitùs intereunt, neꝗ amplius vllam præbeant Quintam essentiam. Quandoquidem Quinta essentia est ipse spiritus vitæ in rebus, qui quidem in sensibilibus animatis non potest ita

Insensata. elici, quemadmodum ex non sentientibus elicitur.

Melissa. Melissæ quippe spiritus vitæ, est ipsa eius Virtus, Potentia, et Medicina: quæ etiam cùm decerpta vel euulsa fuerit, vitam, virtutemꝗ suam in se retinet: eò quòd huiusmodi virtus, sit fixa quædam præde-

Prædestinatio fixa. stinatio. Quapropter Quinta Essentia extrahi ab ea, et viua, sine destructiõe, conseruari potest; tanꝗ æternum quiddam iuxta suam prædestinationem.

Tacitæ obiectionis dilutio. Neꝗ verò dubium est, quin, si possemus vitam cordis, æquè incorruptam extrahere, veluti ex rebus insensatis possumus: sine morte, et sine morbis, in æternũ nobis viuere liceret. Verùm cùm morti subiecti simus, id nobis posse non datur.

Propositio. Cum itaꝗ Quinta essentia sit ipsa rerũ virtus: Qua ratione Virtus et Medicina in rebus ipsis delitescat,

palam

palam ob oculos proponere, et explicare statuimus. Vt igitur exemplo res pateat, Vinum etsi insignem quandam Quintam essentiam contineat, per quam multas et admirabiles habet operationes: non tamē tanta virtutis aut operationis est quantitas, quanta est vini, vt patet de felle, quod immixtum aquæ, totam reddit amaram, etiamsi mille modis quantitatem fellis aqua excedat. Quinetiam exiguum Croci pondus, maximam aquæ vim tingit et colorat, quæ tamen non omnis, Crocus est. Sic etiam planè de Quinta essentia sentiendū est: Ipsam nimirum exiguam esse, et paucam, in arboribus, aut herbis, aut lapidibus, aut id genus alijs hospitantem: Reliquum autem omne, merum esse corpus, ex quo separationes elementorum faciēdas docuimus. Neq; verò sentire debemus, Quintam essentiam esse quintū aliquid præter elementa, nam ea ipsa elementum est. Et quanquam cogitauerit quispiam non absurdè fortaſsis, ipsam esse quandam temperatam essentiā, non frigidam, non calidam, non humidam, non siccam: non tamen ita se res habet: Nihil enim omnino est, quod in temperamento consistat, aut temperatum sit, cuius ratione ab elementis exēptum sit: sed omnis Quinta essentia naturata est secundum rationem elementi, Habet enim Quinta essentia Auri,

Vinum. *Fel.* *Crocus.* *Q.E. exigua in magno corpore.* *NOTA.* *Error quorundam, vt Raymundi, & eius sequacium.*

 naturam

☉. *Ignis.* ☽. *Aqua.* ♄. *Terra.* ☿. *Aër.*

naturam Ignis: Quinta essentia Argenti, naturam Aquæ: Quinta essentia Plumbi, Terræ naturam: Quinta essentia verò Mercurij, Aëris naturam.

Virtus curandi in q. e. vnde.

Quòd autem omnia morborum genera curet Quinta essentia, non temperamenti ratione fit, sed suæ insignis proprietatis quæ ipsi inest, summæq; puritatis, quæ in ipsa reperitur: quarum auxilio, supra admirationem, corpus in alterationem, et depurationem adducit: Veluti cum albuginis pelle detracta, quæ oculos excœcauerat, visus recipitur, et reuiuiscit. Ita etiam Quinta essentia vitam hominis depurat, et illuminat. Sed neq; omnis Quinta essentia, eiusdem est rationis et naturæ, vt, cùm plures fuerint Igneæ, eodem in gradu operationis consistere, propter complexionem, censeãtur. Prædestinatio nãq; et Dispositio Virtutes earum distinguunt. Atq; sicuti Bruta, omnia quidem spiritum vitæ habent, nõ omnia tamen eiusdem sunt virtutis, eò quòd omnia carne et sanguine constent, sed aliter hoc, atq; illud se habet in virtute, gustu etc. Itidem etiã est in quintis essentijs, quarum potentia, non simpliciter ex elementis est, sed ex proprietate, quæ est in elemento, vt de Generationibus rerum posuimus. Atq; ex eo est, Hanc quidem Quintam essentiam Stipticam esse; aliam verò Narcoticam: aliam Attractiuam: aliam Som-

Albugo.

Quintæ essentiæ inter se differunt.

Bruta.

Qu. Es. generales differentiæ.

liam Somniferam: Amaram aliam: aliam Dulcem: aliam Acidam, et aliam Stupefactiuam: etc. Hanc itē renouare corpus, et iuuentutem reddere: aliam autē conseruare ipsum in sanitate: Purgare aliam: aliam Constipare. Multæ præterea sunt virtutum differentiæ, quarum nos non omnium meminimus, quæ Medicis notæ sunt omnes. Quòdsi itaq; separata fuerit Quinta essentia ab eo, quod non est Quinta essentia: tanquam anima à corpore: quid quæso morbi poterit ei resistere? Aut, si tàm nobilis, tàm pura, tantæq; virtutis natura assumpta fuerit: quid est, q̃d posit corpori nostro vitam eripere, præter solam prædestinatam mortem? quæ corpus animamq; in nobis separat, sicut de Vita et Morte scribimus. Atq; illius etiam hoc loco meminerimus, quemlibet morbum suam specialem quintam essentiam, singulariter requirere: quanq; facimus nos quarundam quintarum essentiarum mentionem, quæ omnibus morbis conueniunt, quod qua de causa fiat, suo dicetur loco.

De Vita et Morte, liber.

NOTA.

Sic etiam dicimus amplius, In Auro Quintam essentiam esse exiguam quantitate: quod præter eā superest, esse corpus quoddam leprosum, cui nihil dulcedinis, nihil acidi inest: neq; virtus, neq; potentia vlla, nisi sola quatuor elementorum permixtio.

Quæ Elementorum virtus in medicina.

Atq; hinc secretum naturæ in medicina manifestum fit, Elementa videlicet nihil in morbis posse dempta quinta essentia, nihilq; agere, nisi calefacere, et frigefacere, sine virtute. Vt cùm morbus est calidæ naturæ, frigido expelli debet: sed non frigido sine virtute, quemadmodum aqua gelida, aut frigida niue: quæ quamuis satis frigida sint, nulla tamen in eis est quinta essentia, quæ innatam habeat vim morbum hunc fugandi. Corpus igitur auri inutile planè est: Solaq; in ipso existens quinta essentia, virtutem corpori, eiusq; elementis tribuit. Quod autem de Auro, idem de omnibus etiam alijs dicēdum est: Solam quintam essentiam, quæ medetur et sanum reddit, tingere totum corpus, quemadmodum Sal iusculenta ciboſq; condit et emendat. Quintæ igitur essentiæ est tingere, id est, colorem dare, quemadmodum et virtutem: Vnde si aurum colorem amiserit, quinta quoq; essentia illi adempta fuerit: Sed etiam aliorum metallorum colore detracto, protinus ipsa quoq; natura decedit. Idem est de Lapidibus quoq; et Gemmis iudicium: vt Corallorū quinta essentia, est quædam pinguis rubedo: corpus verò album: Smaragdi, est quidam succus viridis: corpus autem album. Eadem de cæteris quoq; lapidibus et gemmis est sententia, eas scilicet suos colores amittere,

NOTA.

Quintæ essentiæ proprietas.

Aurum, & Metalla.

Q. E. est Tinctura.

Lapides.

Coralli.

Smaragdus.

amittere, et in coloribus ipsis, omnem naturam, essentiam, et proprietates earum delitescere, quæ omnia in extractionibus ipsarum palam nostro visui se offerunt. Sed Herbarum quocq; et Vegetabilium eadem, quam diximus, ratio est. Ex Carne autem et Sanguine licet nulla extrahitur Quinta essentia ob causam supra positam: attamen potest simile quiddam quintæ essentiæ ex ipsis elici. Ratio est, quia frustum carnis continet adhuc quandam in se vitã, eò quòd etiamnum caro est, habens omnem naturam et virtutem carnis, cuius causa vita etiamnum in ipsa est: non quidem vera illa vita, sed tamen præseruatiua vscq; ad corruptionis et putredinis terminum. Quare differentia hæc obseruanda est, qua herbæ siccæ, aliacq; eius generis carni assimilantur, ex quibus Spiritus ille virens, id est Vita, euanuit et defecit: et tamen possunt eiusmodi res emortuæ in emortuam quintam essentiam deduci, sicut caro totam vim suam, à suo corpore dimittere, et in partẽ diuersam separare. Sic et Sanguis, et aridæ herbæ. Etsi autem non est hæc viua quinta essentia, est tamen indicio ad illam, tanquam mortua, quæ quibusdam virtutibus et operationibus sui indiciũ præbet. Metalla autem et Lapides, quia vnicam essentiam et vitam habent, non moriuntur, sed quoadus cq;

Vegetabilia.

Caro & Sanguis.

Vita præseruatiua.

Herbæ siccæ.

Mortua Quinta essentia.

Metallorum & Lapidum vita vnica.

Metalla

Metalla et Gemmæ sunt, eousq; æqualiter cum ipsis vita perseuerat. Quare perfectam quintam essentiam exhibent, quæ ab ipsis elici potest.

Diuersitas extrahendi Q. E.

Iam verò de modis extrahendi quintam essentiam, dicendum est. Sunt enim plures modi. Quidã per additiones extrahunt, vt per vinum ardens: alij per olea Balsamita: quidam per separationes elemẽtorum: et per alias plures methodos, quarũ in præsentia nullam nos facimus mentionem, Cùm quinta essentia nulla rerum alienarum ac inconuenientium admixtione, neq; additione, sed solius elemẽti quintæ essentiæ extractione, elicienda sit: et à corpore, alijsq; etiam rebus quarum medio extracta est, separanda.

NOTA.

Plures igitur cùm sint extrahendi viæ, vt alia per sublimationes, alia per calcinationes, alia p aquam fortem, alia per corrosiua, alia per dulcia, alia per acerba: per quæ omnia, cùm possit ipsius fieri extractio, vnum hoc maximè omnium meminisse debemus, Omnia, quæcunq; sunt quintæ essentiæ admixta, necessitate separationis ea requirente inter separandum, ea rursum ab ipsa extrahi oportere, vt hoc modo quinta essentia sola in seipsa maneat, pura, et nulla penitus extraneã re infecta.

NOTA, & Errorem Lullij, & Vlstadij, aliorumq; hos imitantium obserua.

Corrosiuum.

Difficile nanq; et propemodum incredibile est, sine corrosiuis posse ipsam ex metallis haberi, et præcipuè ex

pue ex auro, quod nullo artificio perfici potest, nisi habeat in se corrosiuum, cuius auxilio quinta essentia et corpus ab inuicem separentur. Verùm hoc ipsum corrosiuum, sine omni noxa quintæ essentiæ ab ipsa separari auferriq́ debet: sicut Sal, quod in aqua est, ab ipsa iterum extrahitur, ita vt planè insulsa sit. Non tamen promiscuè omne corrosiuum conueniens huic operi est, propterea, quod nõ omne ab ipsa separari posit. Si nanq́ Vitriolum, aut Alumen cum aqua permixtum fuerit, non potest ita ab ea separari, quin acrimoniam quandam in ea relinquat: cuius causa est, quòd ipsa quoq́, Vitriolũ inquam et Alumen, aquea sunt. Duo itaq́ similia conueniunt in vnum, quod fieri non debet. Quare obseruandum est, ne aquosum, aquoso: Oleagineum oleagineo: aut Resinatum resinato adhibeatur in extrahenda quinta essentia, sed cõtrarium: Aquosum videlicet quintæ essentiæ oleagineæ, vti de metallis intelligendum est: Et Oleagineũ aquosis quintis essentijs, quales sunt herbarum. Facta igitur ipsius quintæ essentiæ per corrosiuum extractione, separandum est tandem etiam corrosiuum illud ab ipsa, quod quidem optimè fiet, quùm Aqua et Oleum inuicem separabilia sint. At oleum ab oleo, aut aqua ab aqua, sine mutua permixtione nõ separantur,

Regula.

rantur, quod in quintis essentijs plurimum incommodi afferre posset. Hac itaq; via et ratione, quinta essentia, pura, clara, et immaculata habebitur: cui deinceps quidpiam admiscēdum est, vt habeat substantiam in qua * corpus penetrare valeat. Subtilitas nanq; et virtus ipsius animo satis comprehendi nequit, quemadmodum neq; originis eius principium inueniri.

NOTA.

* nostrum.

GRADVS Q.E.

Iam verò multi quintæ essentiæ gradus nobis occurrunt, Vna siquidem est contra febres, vt Opiata: alia contra Hyposarcham, vt Tartari quinta essentia: Alia contra Apoplexiam, vt Auri: alia contra Epilepsiam, vt Vitrioli: Pluresq; item alij gradus et differentiæ, quarum numerus nō est, neq; experientia constat. Hinc itaq; obseruādum est, Cuiq; morbo suum verum inimicum esse supinducendum, Ita enim incredibile auxilium, naturæ ipsi præstatur, quod in sequentibus clarius explicabimus.

Opiatorum. Tartari. Auri. Vitrioli. Regula.

Neq; verò eiusmodi gradus, quales simplicibus assignātur in medicina, quintæ essentiæ tribuere possumus, ob id, quòd quintæ essentiæ gradus, nullam cum gradibus simplicium habent similitudinem. Nam etsi gradus quintarum essentiarum ponendi sunt, excessus virtutis earum respectu, qua alia excellit aliam: non vtiq; secundum complexionem, earum vna

rum vna altiori quàm altera gradu constituenda fuerit: vt existimet quis quintam essentiam Anthos, calidiorem quinta essentia Lauendulæ: aut quintam essentiam Cupri sicciorem quinta essentia Argenti. Cognoscendi sunt itaq; gradus ipsarum, ratione excellentioris virtutis, vt quùm Antimonij quinta essentia, curet Lepram, Corallorum verò quinta essentia pellat [a] colicas torsiões: si quis inter has duas, (quæ tamen in quinta essentia vnius sunt elementi) secundum gradus discernere velit, vtra earum melior sit, et excellentioris gradus: non aliud respondebitur, nisi qnintam essentiam Antimonij sublimiorem esse quinta essentia Corallorum, idq; ideo, quia Lepra maius est malum, quàm Colica et eius symptomata. Ex proprietate igitur, quam contra morbum habet, gradus quintæ essentiæ sumendus est, Præterea autem etiam hoc modo, cùm respectu Lepræ vna quinta essentia est fortior quàm alia. Quemadmodum Iuniperi quinta essentia depellit Leprã, similiter et quinta essentia Ambræ, et Antimonij, et Auri, eandem tollunt. Differentia tamen est inter istas quatuor, licet sint in eodem gradu curandi Lepram: quæ est huiusmodi. Quinta essentia Iuniperi curat eam et expellit, ex causa suæ insignis purificationis quam facit in sanguine, adimitq; illius vene-

Antimonium.

Coralli.

[a] Vergicht.

Graduum ratio in Q. E.

Q. E. Iuniperi.

num, vt agnosci nequeat: quare est in primo gradu.

Q. E. Ambræ.

Quinta essentia Ambræ, adimit etiam venenum, et insuper purificat pulmonem et Cor, et membra leprosa: est itaque in secundo gradu. Quinta essentia

Q. E. Antimonij.

Antimonij, facit vtranque virtutem, et præterea purificat cutem et scabiem, et mirabiliter totum corpus calefacit: quapropter est in tertio gradu. Auri verò

Q. E. Auri.

quinta essentia, omnes prædictas virtutes operatur, et penitus radicẽ, omniaque Lepræ indicia tollit funditùs, renouatque naturam, sicut mel et cera abiectis faui fœcibus purificantur: quartum igitur sibi gradum vendicat. Hunc in modum gradus quintarum essentiarum accipi possunt, discernique ab inuicem, cùm vna præstet alteri. Porrò Simplicium proprie-

Simplicium proprietates.

tates imprimis cognoscendæ sunt. Nam quæ est rei in simplici forma ꝓprietas, eadem est etiam in quinta essentia, non modo non debilitata, verùm etiam auctior, et efficatior.

Q. E. membris appropriatæ.

Sunt autem et aliæ quintarum essentiarum differentiæ. Nam quædam epati conueniunt, et omnibus eius ægritudinibus resistunt: quædam capiti, quædam Cordi, quædam Renibus, quædam Pulmoni, quædam spleni, et similiter aliæ alijs membris. Quædam item alia ratiõe, vt in solo sanguine: quædam in solo phlegmate, quædam in sola melancholia, et quæ

lia, et quædam in sola cholera, operationes suas e-xercent: sicuti etiam aliâs, quædam in humoribus tantùm, quædam in spiritu vitæ, alia in spiritu nu-tritiuo tantùm, alia in carne, alia in medullis, quæ-dam in ossibus, quædam in cartilaginibus, quædam in arterijs. Sunt præterea aliæ quæ vni duntaxat cer-tæ ægritudini resistunt, alias verò nō attingunt, Vt contra Paralysim, contra Caducum, contra contra-cturam, contra Fluores, contra Hydropisim. Sunt deinde alia Narcotica, alia Anodina, alia Somnife-ra, alia Attractiua, alia Purgantia, quædā Mundi-ficātia, quædam Incarnatiua, quædam Confortati-ua, quædam Regeneratiua, quædam Stupefactiua. Quædam verò sunt quæ laborant pro renouatione et restauratione, in alterando corpore, sanguine et carne: Alia pro conseruatione diuturnitatis vitæ, quædam pro retinenda et conseruanda iuuentute: In transmutatione quædam, alia in Incensione. Hoc quoq; obseruandum est, quibusdam inesse formam specificam: quibusdam appropriatam: nonnullis in-fluentem, et quibusdam naturalem. Plures præterea sunt earum differētiæ quàm nos scribere possimus: neq; sane comprehendi possunt, earum mirabiles in medicina virtutes, quemadmodum quod diuersis fit vijs, vt aliqua quintarum essentiarum, centena-

Humoribus.
Spiritus vitæ.
Spiritus nutriti-uus.
Qu. Es. morbis ap-propriatæ.
Qu. Es. Specificæ.

rium hominem similem reddat vigenario in potentia et robore fortitudinis. Quis verò est, qui tantū intellectu posit, vt origines et fontes earum scrutatus assequatur, aut videat vbi naturaliter prima materia assurgat? Solius certè summi Creatoris nostri ē, hæc facere, aut nō facere. Quis enim docebit nos, qua virtute quinta Antimonij essentia, pilos defluere, nouosq; albiores renasci faciat? Melissæ verò quintum esse faciat, dentes excidere, vnguesq; digitorum: aliosq; denuo eorum loco regeneret? Qu. es. Rebis cutem auferat veterem, nouam inducat? aut vnde qu. ess. Chelidoniæ immutet et alteret corpus tàm exactè, atq; cùm pictura nouis depingitur coloribus? Multa autem huius generis sunt alia, quæ nos missa facimus, peculiarem in suis ipsorum capitulis mentionem eorum facturi.

Qu. E. Antimonij.

Melissæ.

Rebis.

Chelidoniæ.

Quonàm igitur modo à tam præclara et sublimi Philosophia et Medicina abstinebimus? quùm ipsa natura tàm mirabilia sui experimenta offerat, quibus aliæ facultates artium omnes carent, ac tantummodo in cauillatione ætatem et tempus omne conterunt. Quomodo non lætabimur videntes quintā Karlinæ essentiam robur et vires ablatas ab hoc, alteri tribuere, qui ea scilicet vtitur? Aut qua ratione nobis temperabimus, quin exultemus, quoties conspicimus

Karlina Chameleonalbus.

spicimus Auri quintam essentiam totum leprosum immutare: et eluere, sicut intestina pecorum pro macellis eluuntur: Cutem totam exuere, nouam induere: Organa vocis aperire, totam deniq; eius complexionem emundare et purificare, tanquam nunc denuo in mundum ex prima matrice prodiret? *Auri q. e. virtus.*

Quamobrē animum nostrū ad inquirendam quintam Essentiæ praxim intendemus, Viam, methodumq; componentes, qua negocium hoc aggredi, atq; incipere oporteat. Diuidemus autem praxim totam in hæc genera, quorum primo loco sunt Metalla, Secundo Marchasitæ, Tertio Sales, Quarto Lapides et Gemmæ, Quinto Ardentes, Sexto Crescentes, Septimo Aromata, Octauo deniq; Comestibilia et Potabilia. Quæ verò sub singulis comprehenduntur generibus, ea omnia in genere declarabimus. Sed obseruandum est in praxi quintæ Essentiæ, Theorica et Naturalia cognosci oportere, non tamen amplius, quàm vt ex Theorica morbi natura cognoscatur, in Naturalibus autem rerū ꝓprietas consideretur et sciatur. Cæterum differunt inter se hæc, Quinta essentia, Aurum potabile, Archanum, Magisterium, etc. Nam quinta essentia nō amplius reducitur in corpus suum: Aurum potabile verò iterum in Metallicum corpus conuerti potest. Ideoq; *Capita Praxeos VIII.* *Differentia summorum graduum.*

test. Ideoq; præstantior est quintæ esentiæ virtus, quàm aliorum.

Cùm itaq; hoc modo de quinta Esentia loquimur, differentia nobis obseruanda est inter quintam esentiam, sciendumq; quid ipsa sit: de qua etiamsi sufficienter iam dixerimus, tamen praxis ipsa nos alterius quoq; viæ seu methodi admonet, per quam æquè liceat Rationem Naturamq; quintæ esentiæ inuenire. Quamuis autem illud non instar quintæ esentiæ appareat, neq; ad formam ipsius conficiatur, neq; etiam in vno solum elemento consistat, quemadmodum ipsam quintam esentiam cõsistere oportet: Tamen existimare debemus quintas istarum rerum esentias, non plus, quàm vnam quintam esentiam esse, de quibus plura vtiq; nobis scribenda essent, quã quæ de quinta esentia scripsimus, quod tamen hoc loco non faciemus, cũ eius mentionem in Paramiris fecerimus. Eiusmodi autem Archana et mysteria naturæ et artis, perquam admirabilia sunt, et multæ incomprehensibiles viæ ad ea tendunt, summaq; animi vis et perspicacia requiritur. Horũ Archanorum quatuor duntaxat mentionem faciemus, quorum primum est, Archanum Mercurij vitæ, Secundum Archanum primæ materiæ, Tertium Archanum Lapidis Philosophorum: quartum Archanum est

Archana intelligit.

Archana IIII.

num est Tinctura. Ac licet istiusmodi Archanorũ meminisse constet plus esse Angelicum, quàm humanum, non tamen expauescemus nec verebimur hæc naturæ vestigijs insistendo perscrutari, cùm rationi consonet, id quod ex natura est, naturaliter etiam posse intelligi. Vt igitur de Mercurio vitæ loquamur, dicimus eum non esse quintam essentiam, sed Archanum, idq́; ideo, quòd vsq́; adeò multarũ virium et efficaciæ sit: Ipse enim præseruat, ipse restaurat, ipse regenerat, quemadmodum in Archanis de eo scribimus. Ita quoq́; Prima materia, simili in forma non in viuentibus modò, verũ etiam in mortuis corporibus operatur, supra quam naturale est: quod idem etiam Lapis Philosophorum facit, qui corpus tingit in sanitatem ex omnibus infirmitatibus, perinde vt metalla ab ipsorum impuritatibus, in perfectam puritatem tinguntur. Itidem ferè et Tinctura, quæ Lunam id est Argentum in Solem transmutat, æquè infirmitatem quoq́; in sanitatem conuertit. Sic etiam est de alijs, Magisterijs, Elixirijs, Auro potabili, quæ singula suis libellis annotabũt.

Mercurius vitæ.

Prima materia.

Lapis Philosophorum.

Tinctura.

CAPVT I.

De extractione Quintæ Essentiæ ex Metallis.

VT autem breui oratione concludam extractionem quintæ essentiæ metallorum, cùm plurimi sint, qui nostra tempestate, multa in his experti sunt, quamuis plurima eos fugerint, aliamq́ʒ viam secuti fuerint: imprimis sciendum est, quintam essẽtiam et corpus metallorum, seorsum diuidi, ac vtraq́ʒ liquida et potabilia esse, neq́ʒ inuicem confundi, sed impurum corpus à quinta essentia in altum proijci, sicut serum à lacte. Atq́ʒ ita duæ sunt humiditates ex ipsis, quæ postea inuicem separandæ sunt. Humiditas autem corporis, metallorum omnium, albũ semper colorem refert: at ipsa quinta essentia tincta est eo * modo quẽ supra de septem metallis recitauim9. Omnium autem metallorum idem est processus in operando, hunc videlicet in modum.

* coloris ratione.

Solue metallum in aquam, et abstrahe aquam per alembicũ in Balneo, * procede putrificando tamdiu, donec vertatur in oleum, quod in phiola parua distilla per Alembicum, manebitq́ʒ pars quædam metalli in fundo, quam conuerte rursus in oleum, et distilla per ascensum, tamdiu donec totum metallum transeat per alembicũ: postea recipe et pone per mẽsem vnum ad putrefactionem, quo facto distilla totum igne lento per alembicum, et primum ascendent vapores, quos remoue: postea sequentur duo colores densi,

* cum eo quod manet in fundo.

res densi, albus vnus, alter ratione metalli coloratus et tinctus: qui per alembicum traducti, diuiduntur à se mutuo in Recipiēte, ita vt quinta essentia in fundo maneat, et color albus corporis supernatet. Hos igitur separa inuicem per trichtorium, id est, separatorium vitreum in forma infundibuli, et recipe quintam essentiam in aliam phiolam, in quam infunde vinum ardens purificatum, quod tantisper quiescere sinito, donec omnino acutum reddatur, tunc effunde à quinta essentia, et affunde ei nouum vinum ardens, quo cum procede sicut cum priore, donec nullam amplius acrimoniam senseris. Tunc affunde aquam bis distillatam, cum qua ablue vsq; ad suam dulcedinem, quo facto reconde, et sic habes quintã essentiam in promptu. Album illud reduc, et habebis corpus album malleabile et metallicum, quod tamen non potest agnosci cuiusnam metalli generis sit. Sunt autem plures aliæ extrahendi viæ, quarũ mentionem non facimus, ideo quod non habeamus pro quinta essentia illarum extractiones, sed potius pro transmutationibus, in quibus nullæ extractiones sunt, neq; in vsu habentur.

CAPVT II.

De extractione Quintæ Essentiæ ex Marchasitis.

SIc plures etiam ſunt modi extractionum quintæ eſſentiæ ex Marchaſitis, quas non reputamus eſſe quintas eſſen: quamuis pluris ac maioris ſint efficaciæ, quàm earum quintæ eſſen: ſicut à nobis de Archanis, Magiſterijs, et Elixirijs ſcriptum eſt: Noſter autem modus extrahendi idem eſt in omnibus metallicis Marchaſitis, qui eſt in metallis. Quòd autem ſupra diximus ſummam rerum virtutem, quintam eſſentiam eſſe, nunc verò Archana ipſam excellere memoremus, cauſa eſt, quòd Archana continent in ſe omnes quintas eſſentias, ac inſup adeò ſubtiliantur, et acuuntur, vt ex illa ſubtilitate vim quandam maiorem ipſa quin: eſſen: concipiãt: prӕterea autem etiam multa appropriata et ſpecifica ipſis inſint. Proceſſus autem praxeos in Marchaſitis huiuſmodi eſt.

Recipe Marchaſitæ benè tritæ libram vnam: Aquæ corrodentis duas libras, miſce ſimul in Pellicano, fac vt ſtet in digeſtione per mẽſes duos vel tres, et vertetur totum in liquorem, quem totum diſtilla per ignem, et tranſibit in oleum: hoc totum ſimul putrifica in ventre equi per menſem vnum, poſtea diſtilla perinde vt in metallis. Tranſibunt itaq; duo colores, Albus vnus, alter quin: eſſen: Album relinque, niſi

que, nisi sit ex Visimuto aut Marchasita alba, tunc discerne duorum alborum spissitudinem, et recipe quod in fundo est: dulcora sicut de metallis dictum est, et sic extraxisti quin: ess: ex Marchasitis, absq; destructione virtutis et efficaciæ earum.

CAPVT III.

De extractione Quintæ Essentiæ ex Salibus.

HOc autem modo etiam ex Salibus quinta essentia extrahitur peculiari via, quæ virtutibus ipsorum nullo nocumento est, nihilq; destructionis affert. Recipe Sales, calcina optimè: si sunt volatiles, adure. post dissolue in aëre, et distilla in aquã per ascensum, quam putrefactam per mensem vnum, distilla per Balneum, et transibit aqua quædam dulcis, quam abijce: postquam nihil amplius distillabit, putrefac iterum mensem vnum, et distilla vt prius, quod reiterabis, donec nulla amplius dulcedo ex eo manabit, et sic habes quintam essentiam Salis in fundo, ex vna libra calcinati vel adusti Salis vix vncias duas. Huius Salis si est ex communi, vncia semi, plus quàm libra semi condit in Cibarijs et iusculentis, quia sola pura quin: ess: adest, corpus verò per liquidam solutionem est detractum. Et sic

Alumina & Vitriola.

omnium Salium extrahuntur quin: ess: ¶ Aluminis autem et Vitrioli ratio talis est. Cum calcinetur per fluxum, ad quem etiam Salia reduci debent, pone post eorum calcinationem ad adustionem, et solutionem, iuxta modum dictæ operationis, et cum resoluta fuerint, appone eis * aquã, quæ ex ipsis per ascensum emissa est, et procede cum eis, sicut de Salibus memoratum est in hoc capitulo. Multa nanque essentia eleuata est in humiditate, quæ rursum in cõpositione et putrefactione residebit, et coniungetur in vnum.

** NOTA hinc quomodo calcinari ea velit.*

CAPVT IIII.

De extractione Quintæ Essentiæ ex Lapidibus, Gemmis, & Margaritis.

VNus autem etiam in Lapidibus, Gemmis preciosis, et Margaritis extrahendæ quintæ ess. modus est, isque excellens, magnæ virtutis, et subtilis operationis. Parua tamen quantitas quintæ ess. elicitur ex gemmis, et quantò quæque lucidior, et subtilior, puriorque est, tantò minus præbet. Neque verò ex grossis lapidibus eius extractio facienda est, cum exiguæ omnino virtutis sint. Operationis autem series hæc est.

Recipe Lapides aut Margaritas, id est, perlas, grosso

grosso modo tritas in fragmentis et non in puluere, quibus in vitrum impositis affunde acetum Radicis vel Radicatum, vt quinque digitos superemineat, Digere mensem vnum in equino, donec totum in materiam liquidam vertatur, quam laua cum alio aceto radicato simul commiscendo, et acetum colorē lapidis imbuet ac assumet, quod emitte in aliud vitrum, et affunde plus aceti, quod reitera, donec nullus vltra color exeat. Estque iam tum quinta ess: in colore, et corpus deorsum relinquitur. Recipe itaque colores, et exicca igne lento per euaporationem aceti, postea dulcifica abluendo cum aqua dulci, vt supra dictum est, donec dulcescat, post resolue puluerem super marmore, et habebis quintam ess. ex gemmis et Margaritis. Verùm in Margaritis habe diligentem coloris rationem, emittunt enim lac quoddam densum, corpus verò est arenosum et mucilaginosum: per hæc itaque inuicem à se discernenda sunt. In Cristallis itidem per lotionem tota quinta essentia transit, et remanet viscosa quædam mucilago. Atque his signis sufficientia extractionis cognoscit.

CAPVT V.

De extractione Quintæ Essentiæ ex Ardentibus.

Quinta

QVintæ essentiæ extractio in ardentibus fit ex omnibus rebus quæ non comeduntur nec bibuntur, et ex sui natura, ardere et ignem præbere aptæ sunt. Horum in Substantia Corporali modus talis est.

Distillatio per Descensum.

Recipe ea, in minimum dissecta, et ollæ vitreatæ forti impone vsq; ad summum, quam claude cooperculo cum luto sapientiæ, ne vllus spiritus exhalet, post colloca eam in medium ignis in circuitu dispositi, vt olla candeat obscura ignitione, stetq; ita vigintiquatuor horas, quibus trãsactis extrahe ab igne, et putrefactiõe quatuor hebdõadarũ cõpleta, distilla totũ per alembicum quicquid trãsire potest: quod vbi factum fuerit impone in ventrem equi, ad abstrahendam omnem humiditatem ab eo per distillationem, et rursum ad putrefactionem repone, donec nulla humiditas vltrà exeat. atq; ita remanet in imo quinta essentia, eius rei quam recepisti. Hic est processus in omnibus habentibus in se Oleum, Resinã, picẽ, et similia, vt sunt Terpẽtina, Larix, Abies, Iuniperus, Cupressus, etc. Itidem in omnibus seminibus, fructibus, et id genus aliis. Obserua autem multis rationibus extrahi quintam essentiam ab his rebus, diuersis ab hac nostra, vt sint benè

odoratæ,

odoratæ, ſubtiles, puræ, et omnino tenuiſsimæ. Verùm is modus non quintæ eſs: extractio eſt, ſed Magiſterium eius rei, per quod pars quintæ eſſentiæ illi permixta tranſcendit: non tamē eſt abſoluta quinta eſs: Nam arborum quinta eſs: eſt quoddam humidum pingue, vt pix, et ſubſtantia denſa, ideoq; non in forma Magiſterij extrahenda eſt. Accedit etiam hoc, quòd quinta eſſentia arboris Terpentinæ vel Laricis, vulnera ſanat: ſi verò vt dictum eſt, p Magiſterium extrahitur, non ſanat vulnera: neq; enim habet in ſe fundamētum quintæ eſſentiæ. Nam Magiſteria in hoc à quinta eſſentia differunt, quòd illa ſolummodo complexiōem et quatuor elementa ſequuntur, quod in quinta eſſentia nō fit: Item quòd illa ſuſcipiunt quintam eſſentiam ſpiritualiter in ſe, et non materialiter in proprio eſſe, vt patet in capitulis ſuis.

Magiſteriorum & Qu. E. differentia.

CAPVT VI.

De extractione Quintæ Eſſentiæ ex Creſcentibus.

CRescentia ſunt quæ depereunt et rurſus repullulant, vt herbæ, et illis ſimilia, quarum extractiones quoq; ſunt multiplices per alia et alia addita menta, cum oporteat abſq; omni infectione aliarum

additionum eas fieri, vt maneat quinta eſs: in ipſarum Odore, colore, et guſtu, ſecq́ augeat in his et non minuat, vt Muſcus, Ambra, et Sibeta, quarum ſi quinta eſſentia extrahatur, animaduertes corpus fœtere, et nullius momenti necq́ in guſtu, necq́ in odore, necq́ in natura eſſe. Idem iudicandum eſt de omnium aliarum rerum quintæ eſs: extractione. Quamuis Muſcus, Ambra et Sibeta non ad præſens hoc capitulum referantur, propterea quòd ea ſpecialiter deſcribamus, et hic de Creſcentibus duntaxat agamus, vt de Liliјs, Spica, Folio: Quorum extractionis proceſſus ita ſe habet.

Recipe Creſcentes benè contuſas, quas impoſitas ollæ in equino fimo quatuor hebdomadas digere, et diſtilla per balneum, poſt rurſum in equino octo dies putrifica, et rurſum per balneum diſtilla: tranſcendet quinta eſſentia per Alembicum, et corpus in fundo manet. Quòd ſi autem plus quintæ eſs: in fundo haberetur, perge putrificando et diſtillando. Poſtea recipe aquam diſtillatam, et appone illi rurſum illud creſcens, et per pellicanum digere ſex dies, et vertetur in colorem denſum, quem cola, colatum diſtilla per balneum, et exibit corpus, quinta eſſentia verò in imo reſidebit, quam ſepara per torcular retortæ à fœcibus, et ſine quintam eſs: quatuor dies

or dies digeri, et erit in odore, ſucco, guſtu, et virtute abſoluta, cum ſubſtantia groſſa.

CAPVT VII.

De extractione Quintæ Eſſentiæ ex Aromatibus.

EX aromatibus quoq;, vt Muſco, Ambra, Sibeta, Camphora, et ſimilibus, quintæ eſſentiæ extrahendæ via hæc eſt, Vt primùm quinta eſſentia earum in aliam formam recipiatur, et tandem iterũ ab ea forma ſeparetur. In hac ſeparatione enim ipſa quinta eſs: inuenietur. Vt

℞ oleum Amigdalarum in vitrum, cui admixta ſint Aromata quæ voles, et digeratur ad Solem, donec veluti in vnam maſſam paſtæ vertatur, poſt exprime à fœcibus. Et ſic habes ſeparatam quintam eſs: à corpore, quam ſeparabis ab oleo hoc pacto.

Recipe vinum rectificatum, et ſuperfunde ei, digere ſex dies, tandem diſtilla per Cineres. Tranſcēdet vinum ardens, et quinta eſſentia cum ea, oleum verò purum manet in fundo, abſq; omni remanentia quintæ eſſentiæ. Poſtremo vinum hoc ardens diſtilla per balneum, et manet quinta eſſentia in fundo in forma olei, ſeparata ab omni admixto.

CAPVT VIII.

De extractione Quintæ essentiæ à Comestibilibus, & Potabilibus.

EXtractio autem Quintæ essentiæ ex Comestibilibus, eundem fit in finem, qui est rei ipsius, nutrire videlicet cum ea corpus, sicut cum carne. Comestibilium nanq; quinta essentia optimum est nutrimentum. Quamuis autem reuera, nulla hic quinta essentia separetur, quemadmodum supra commemoratum est, potest tamen quò ad ipsorum essentiam, ab eis Qu: E: separari in sua virtute, hoc modo.

Recipe Comestibile, et disseca minutim, quod impositum in cantarum obstrue optimè, et permitte tres dies bullire, postea quod in Cantaro est cola, Colatum distilla per balneum, et transibit aquositas quædam, quæ cum transierit, manet Quinta essen: in fundo, quod omnium summum est nutrimentũ, quæcunq; afferri in medium possunt, et respectu nutrimenti simile quintæ essentiæ.

De potibus autem varia extrahendi ratio est, noster autem modus, quem nos quintæ ess: loco habemus, est iste.

Recipe quod potabile est, impone cum sua tota substantia grossa in Pellicanũ, digere mensem vnũ in simo

in fimo equino: Melius annum vnum vel plures: Et inuenies in Pellicano quiddam digestum, quod separa per Balneũ, post per Cineres, post per Ignẽ, et habebis tres quintas essentias. Nam omnibus potibus tres insunt quintæ ess: multis de causis, quæ à nobis de generationibus eorum positæ sunt. Cumq́ tres dictæ Q. ess: in diuersis vitris fuerint receptæ, posteriores duas amplius digere, et in Balneo ascẽdet plus primæ qu: ess: atq́ hoc reitera donec nulla amplius prima ascẽdat, et erunt exactè satis sepatæ.

Quod autem adeò breuibus extractionem Quintæ essentiæ ex omnibus rebus proposuerimus, nemo miretur manus nostræ et calami breuitatẽ, quia omnia rectè sibi cõstant. Neq́ verò adeò breue est hoc nostrum de Qu: ess: scriptum: Labor, qui hoc ad negotium requiritur, si opere ipso peragetur, ostẽdet nostri scripti fundamentum exactè et clarè. *Epilogus.*
Multa enim de ea scribenda essent, quæ nobis tædiosa sunt, quæq́ nec meminimus. Operatio enim et exercitium omnia demonstrant. Virtutes verò earũ quantæ sint, si, qua nos diximus, ea fuerint ratione præparatæ, in vltimo huius partis Archidoxis nostræ libro declarabimus. Atq́ ita Quintas rerum omnium essentias sufficienter enumerauimus: iam verò deinceps de aliijs nostræ Archidoxis Instituti-

onibus loquemur. Quamuis autem multi ante nos multa scripserunt, et quidem plena doctrinæ: tamē nulla eorum scripta pro Quinta essentia agnoscimus, cuius causa est, quam etiam à principio attulimus, et quemadmodum experti sumus, quòd viride æris pro quin: ess: Veneris habitum est, quod nō ita est, nam Crocus Veneris est ipsius quinta essentia: Flos æris est transmutatum quid cum substantia, purum et subtile simul mixtum, et ex omnibus Veneris complexionibus confectum, quare nullo modo quinta ess: potest esse. At Crocus Veneris est sicut nos docuimus vera qu: ess: est enim potabile, et est absq; corrosione, et permixtione, separatum à corpore, omnino subtile, et subtilius quàm nos scribimus ob breuitatem orationis. Sic etiam Crocus Martis, et ferrugo Martis, pro quinta ipsius essentia reputata sunt, quod nec ipsum sic est. Sed Oleū Martis, ipsum est Crocus Martis. De pluribus autē horum generum loquimur De Transmutationibus nostræ philosophiæ. Sic itaq; de Quinta Essentia sentiendum est, nihil aliud esse quàm separationem virtutum earum à corpore, in quibus omnis virtus, Medicina, et essentia delitescit, et continetur. Quid verò sit flos æris, aut flos martis, et alia huius generis plura, ea in Magisterijs comprehendentur, quæ sequuntur.

Priorum scripta de Quinta Essentia.

Viride æris.

Crocus Veneris.

Crocus martis.

Oleum martis.

ſequuntur. Idem de alijs quoq́, vt herbis, et alijs pluribus ſentiendum eſt, quod de metallis. Quamuis autem multas et excellentes virtutes Quintarū eſſentiarum propoſuerimus, tamē exigua earum eſſentia et natura per nos monſtrata eſt: Nam tantum indicium dedimus, qua via ac modo intelligendæ ſunt, et minimum quid de inſignibus earum virtutibus meminimus, quò poſſemus ingentem potentiam cognoſcere, quam præ manibus habemus, ſi ea vti ſciremus. Hic ſimul intelligimus cur homo creatus ſit, cur omnia in terris ipſi ſubiecta ſint, nullūq́ malum, nullum etiam bonum ſine cauſa eſſe, vti De natura rerum clarius à nobis dicitur. Ex hoc enim fundamento habetur fides in Creatorem, et eius erga nos pietatis tanq́ patris in ſuos filios. Quamobrem abſq́ intermiſsione, nullius vmbratiles pugnas et cauillationes ſequemur, ſed Naturæ et Artis veſtigijs inſiſtemus. In natura et ſecundum naturam viuemus, habitabimus, et orabimus vt per eam, etiam in æternitatem perueniamus: Eiſq́ ſolis fidem adhibebimus, quæ ad ſenſum videmus ſic ſe habere, nihil penitus aſſumentes, quod naturæ aut non conuenit, aut Naturale non eſt.

Archido-

ARCHIDOXIS EX THEOPHRASTIA PARACEL-SI MAGNI.

LIBER QVARTVS.

De Archanis.



THEORICA.

Archanum differt à Qu. Es.

SEPOSITA igitur iam Quintæ Essentiæ tractatione, de Archanis scribere accingemur, cùm ea plùris æstimemus, quàm virtutes quintarum essentiarum, considerantes longo interuallo distare inuicem. Experientia siquidē nobis indiciū facit, virtusq́; operādi efficax, vt q̊dnam eorum melius, peiusúe, aut vtra vtilior alia sit, exactè cognoscere valeamus, possimusq́; medicinā inter hāc, et illam, discernere. Antiqui quidem, Archanum propter insignem suam efficaciam, quam potentius ijs exercet quæ adhuc in grossa substantia sunt, ob suæ naturæ subtilitatem immensam, qua supra miraculum naturaliter operari cognoscitur: in quintarum essentiarum numero posuerunt. Verùm hæc eorum opinio tota erronea est, ex mera ignorantia varietatis operandi profecta, quòd videlicet nullam habuerint certam discernendi inter summos gradus

Opinio antiquorū Erronea.

Operandi varietas.

gradus notitiam:sed omne in summo gradu positũ, quintam essentiam arbitrarentur, Cùm tamen non solùm operandi modo in praxi: sed etiam Virtutis efficatia in medicina plurimum differant.

Summorum graduum differentia vnde.

Antequam igitur De Archanis dicamus, nominis ratio nobis est cognoscenda, Cur hoc Archanũ sit, quandoquidem tàm præclarum nomen habere oporteat, meritòq; habeat. Nominis igitur causa est: quòd id solum Archanum est, quod incorporeũ est, et immortale, vitæ cuiusdam perpetuæ, supra omnem naturæ intellectum, supraq; captum humani ingenij. Huius definitionis ratione, hæc quoq; Archana censenda sunt, quæ ad nostra corpora si conferantur, incorporea sunt, et multis modis excellentioris cuiusdam essentiæ, quàm nostra est: sicut album nigro collatum. Potentiam enim habent nos alterandi, mutandi, renouandi, et restaurandi, similem ferè Archanis Dei, secundum ipsorum iudiciũ. Quamuis autem in nostris hisce Archanis nulla sit æternitas, aut Simphonia Cœlestis: nostri tamẽ collatione verè cœlestia æstimari debent, quandoquidem, supra omnem humanæ rationis captum vitam nostram conseruant et protrahunt: mirabiliumq; suarum in nobis operationum manifesta indicia exhibent, Hoc itaq; nomen Archani, æque in medicina

Archanum quid.

Nominis ratio à Definitione ad definitum.

Virtus Archanorum.

Archanum nostri respectu Cœleste.

respectu corporum nostrorum æstimatur, atq; Archana Dei, nostrorum Archanorum collatione censentur. Neq; enim veremur id Archanum dicere, q̃d supra nos est, quodq; potentiam in nos habet vitã nostram conseruandi, quemadmodum hæc Archana faciunt. Inutiles autem garritus istorum Dei seruulorum, qui non plus habent intellectus, quàm cœcus quantum habet visus, nihil nos omnino mouebunt. Est ergo, Archanum Dei, Archanum in sua essentia per se: Hoc alterum autem, Archanum Naturæ, hoc est quod in natura est. Archanum nanq; est omnis virtus rerum, millecuplo ipsis rebus crassis melior, et perfectior, vt deposito omni metu audacter dicamus, Hoc est Archanum hominis, id est, tota sua efficacia et virtus, quam in æternum retinet, vt nos in alijs huius Archidoxes libris ponimus. Duplex igitur Archanum esse intelligendum est, vnum Perpetuum, alterum Pro perpetuo. Quod verò est Pro perpetuo, æquè vt ipsum Perpetuum, ratione intentionis et prædestinatiõis suæ, æstimam⁹.

Theologastrorum.

Archanum duplex
1. DEI.
2. Naturæ.

Archanũ duplex.

Hoc itaq; modo sentiendum est de hisce Archanis, quorum quatuor duntaxat nobis cognita sunt, nostra hac puerili ætate, de quibus quatuor, libellũ hunc complere, et nobis satis laudabile et commodum memoriale facere, constituimus; Ne, si Deus altissimus,

Archana iiij. authori cognita.

Ratio scripti.

tissimus, nostrum corpus humanum ex gratia sua ad annos senectutis peruenire concesserit, horum quatuor Archanorum immemores simus, neue nobis è Craneo nostro excidant, vt senium nostrum in placida quiete, quam optimè ducere valeamus. Speramus autem fideliter in Deo, neq; desperabimus vnquam, quin nobis, quum ipse quoq; humanitatē assumpserit, his vti concedat, nostræq; spei compotes nos reddat. Hac itaq; spe suffulti, negocium aggrediemur, imprimis differentiam horum quatuor Archanorum, tàm in operatione praxeos, quàm in Artificio, et virtutibus eorum, obseruantes: ad q̃d cognitio Virtutis eorum requiritur. Est autem, vt vna conclusione dicamus, eorum hæc virtus, quòd conseruant corpus in sanitate, expellunt infirmitates omnis generis, et perducunt corpus ad prædestinatam mortem, cuius nullus est terminus, nisi per defectum consumptionis, vti nos de Vita et Morte posuimus. Etsi autem hæc communis omnium Virtus est, multum tamen inter se differunt. Nullum enim Archanorum ad eandem formam et modum, q̃ alterum conficitur, neq; itidem suam virtutem perficit, sed suus cuiq; est modus et proprietas.

Virtus archanorū in genere.

Archanorum iiij. inter se differentia.

Primum igitur Archanum est Materia prima: alterum Lapis Philosophorum, Tertium Mercurius

Nomina.

vitæ, Vltimum Tinctura: vti nos ordine in praxi declarabimus. Hic verò mentionem faciemus proprietatum distinctarum horum quatuor Archanorum in ipsorum operationibus, initium à prima materia sumentes.

Materia prima.

Prima itaq; Materia suum respicit prædestinatũ, ad quod est prædestinata, penitus ab ipsa origine prima, vsq; ad vltimum finem. * Exempli gratia. Semen totam ex se herbam emittit, cum omnibus virtutibus eius nouis, cum absumptione omnis prioris essentiæ veteris, ita vt substantia vetus, vetus essentia, et vetus Natura nihil amplius operationis habeant. Idem dicimus de Prima Materia, nos vide licet ex Semine nasci, quemadmodum plantas aut vegetabilia in pratis, iuxta naturam crescentium.

** quiduis producendi.*

Virtus primæ materiæ.

Huiusmodi argumento Prima Materia in homine nouam introducit iuuentutem, cum consumptione senectutis, perinde vt nouam herbam, ex nouo semine, redeunte anno et æstate noua.

Lapis Philosophorum.

Lapis autem Philosophorum, quod est Secundum Archanum, Operationem suam alio modo et proprietate alia facit. Nam sicut Ignis immutat frigidam domum, excalefaciens eam: et sicut emundans purificansq; maculatam Salamandræ cutem, puram et nitidam reddit: Ita Lapis Philosophorũ, totum

Virtus.

totum corpus purificat, emundat ab omnibus sordibus, redditis omnibus iuuentutis nouæ viribus, quã ad suam pristinam naturam reducit.

Mercurius vitæ, tertium scilicet Archanum, suæ operationis et proprietatis tale Argumentũ habet, tanquam renouans aut renouatum quiddam: Vt sicut Halcyones, annuis conuersionibus sese renouant, veteresq́ plumæ illis defluunt, ac nouæ succrescunt: Ita Mercurius vitæ, eijcit, et defluere facit ex homine vngues, pilos, cutem veterem, et quicquid adest immunditiæ sordiumq́: facitq́ etiam vt noua succrescant omnia, et renouat corpus antiquum, sicut exemplo Halcyonum ostendimus. *Mercurius vitæ.* *Germanis Eißvogel.* *Virtus ☿. vitæ.*

At tinctura, quæ quarto loco inter Archana ponitur, assimilatur in proprietate operatiõis suæ, ipsi Rebis, quod sicut Argentum et cætera metalla in Solem conuertit: ita ipsa quoq́ Tinctura, simili potentia corpus tingat, auferat eius imperfectam essentiam, eius ineptitudinem, eius grossitiem: et immutet omnia, in purissimam, nobilissimam, et stabilissimam, fixissimamq́ substantiam. *Tinctura.* *Virtus Tincturæ.*

Qui quæso fieri potest itaq́, vt nos à tàm nobilissima Medicina recedamus? aut etiam multò magis ab hac Philosophia? cuius nos potẽtiam, energiæq́ facultatem videmus, quæ sola fidem nobis facit, ad

credendum vel inuitos nos impellens. Non enim cõsueuimus, credere, discere, aut sequi ea, quæ non per experientiam, et verissimam praxim comprobari queunt, de quo in his nostris Archanis non desperamus. Ac nisi Domino Christo Dei filio, Sol et Luna compassa fuissent, in cruce pendenti, cùm amisso lumine tenebris orbem terræ obumbrârunt: nisi tanto terræ motu adeò horrendum concussa terra fuisset: nisi denique tanta signa et prodigia ipso nascente ostensa visaque fuissent: omnino in eum non crederemus. Sed hæc videre, et scire, naturaliter quodammodo declarant ipsum verè Deum esse, et humanitatem assumpsisse. Itidem etiam de his Archanis dicere possumus. quæ nobis credibilia facta sunt, trahuntque nos et impellunt, vsque ad extremum vitæ terminum ea non intermittere, quin strictè et assiduè ipsa pergrere, nullisque cum interpolationib9 ipsis insistere, quibus neque Ecclipsis, neque lumẽ quicque detrahit. Quapropter dictorum quatuor Archanorũ praxim et operationem in sequentibus explicare nobis animus est: ne quis error nobis ingruat fortuitò hac iuuenili nostra ætate: sed vt Spes, Vita, Gaudiumque nostrum sit in Archanis: sicuti etiam æternum Archanum nostrum in sua æterna vita sperat et exulat.

Experientia mille argumenta.

Sol, Luna, Terra, Christo morienti compassa:

Nascenti congratulata.

De Ar-

De Archano Primæ Materiæ.

VT igitur de Prima materia clarè et exactè, vnde originem ducat, quidue ipsa sit, diximus: ita hic sciendum planè est, Ipsam primam materiam non solum Hominem attingere, quasi in eum vnum definita sit: verùm etiam in omnes creaturas corporales, id est, in omnia ea, quæcunque ex seminibus oriuntur et pullulant. Dubitauerit autem quispiam, an Prima materia virtutem suam in omni creato corpore, vti nos ostendimus, perficiat? Vbi sciendum, ipsam Arbores à putredine præseruare: Herbas à siccitate et interitu: Metalla à rubigine et ærugine: perinde quælibet in ipsorum essentia et ratione: vti hominem, atque etiam bruta, de quibus omnibus idē est, quoàd ipsam, iudicium. Sit nanque arbor quæpiam in suum inclinata senium, quæ quotidie in putredinem et corruptiōem vlteriorem procedet, ad eamque apta sit: non tàm ex inopia humidi, aut sui nutrimēti, quàm solùm ex vitio suæ ipsius impotentiæ, et defectu in virtute propria: Hæc itaque per suam primā materiam æquè renouari potest, sicut de pelle Salamandræ locuti sumus: rursumque denuò ad suam pristinam senectutem pertingere, secundum suam prædestinationem: atque sic etiam ad tertiam, ad quartā, et plures

THEORICA.

Prima materia in omnia se extendit.

Virtus primæ materiæ.

Arbores.

Interitus ratio.

et plures item ætates, tantaq́ʒ virtus ipsi infundi potest, vt tandem longioris processu temporis, putredo et corruptio eius renouetur. De Herbis quoq́ʒ, quarum annuæ duratiōis et senij prædestinatio est, neq́ʒ vltra durare possunt per se, idem sentiendū est: posse videlicet eas, per ipsarum primam materiam, à vera siccitate defendi, et ad viriditatem renouari, vt anno priore elapso, recentes viridesq́ʒ ad finem vsq́ʒ anni secundi perdurent, imò ad tertij, sexti, et plurium annorum. Sed Brutorum quoq́ʒ eadem ratio est: vt Ouem antiquam validis viribus restituere liceat in alteram senectam, vt cuiusq́ʒ iunioris ouis respondeat virtutibus in lactis, et velleris copia. Similiter autem hominem quoq́ʒ ab vno ad alterum pducere senium posibile est, ea quam exposuimus ratione. Sciendum autem imprimis est, quid sit Prima Materia in suo esse: videlicet in creatis corporeis insensatis, ipsa est earundem rerum semen: In Creatis corporeis sensatis verò, earundem rerum sperma. Non tamen hoc ita accipiendum est, vt putet quis, eam primam materiam sumendam esse, ex qua creatum hoc natum est et succreuit: sed eam, quæ ex ipso iam adultiore producitur et generatur. Ea qppe Virtus Materiæ primæ est, vt Corpus quod ex ipsa natum est, in consumptiōem venire non admitat, sed

Herbæ. *Bruta.* *Homo.* *Esse Primæ Materiæ, quid.* *Semen.* *σπέρμα.* *Prima materia duplex. Producens, & Producta.* *Primæ materiæ virtus.*

tat, sed ipsum sufficienter nutriat, et omnia necessa-ria ei suppeditet. Mors enim non aliundè, quàm ex destructione aut venenata infectiõe Spirituum Vitalium aduenit, qui ex spermate et semine nascũtur, et planè spermaticæ materiæ sunt. Quare ipsis huiusmodi auxilio succurri potest. Cùm igitur Spiritus Vitalis tale habet adiumentum ipsi exhibitum, tunc noua in ipso ad senium vis inest, prioris senectæ renouatione facta, cuius multæ sunt causæ, quarum hic mentionem non facimus, cùm eas in Philosophia nostra declarauerimus. Porrò quamuis hic nihil de conseruatione arborum herbarumq́ue et his similium dicatur, ideò quòd nostra intentio sit duntaxat in medicinam humani corporis defixa: De arboribus verò et similibus De Transmutatiõibus loquamur: Tamen veluti in parabola animaduertendum proponimus, Quintam essentiam seminis Vrticæ, aut Lauendulæ. Si enim ipsa earum adultiorũ radices, irrigatæ, tinctæq́ue fuerint, annum secundũ vti primum, durant: neq́ue putrescunt, ante terminũ anni secundi vltimum. Sic etiam radicibus Citoniæ arboris, infusa, et irrigata seminum Citoniorum Quinta essentia, Citoniam arborem in secũdum annũ vsq́ue viridem conseruat, et folia, flores, fructusq́ue nouos producit: sicut item Quinta essentia Cerasorum,

Mors vnde.

Spiritus vitalis quid & vnde.

Quinta essentia spermatis.

Vrtica.

Lauendula.

Citonia.

Cerasa. rum, in duplici senecta, bis vna æstate proferre Cerasa facit. Cerasorum nanq; prima senectus, æstatis priore parte media finitur, cuius posterior pars media, vti prior, altera earundem senectus est. Ita verò non solum de Quinta essentia spermatis dicendum est: sed etiam de Archano eius, ex quo plura admiranda sanè proueniunt, ad eandem tamen rationem, quam in his indicauimus. Quod autem ad eius praxim, operandiq; modum declarandum attinet, imprimis dicimus, eundem in Hominibus et Pecoribus processum esse: deinde ex sola materia prima cõfici debere: Processus itaq; hic est.

Archanum spermatis.

PRAXIS. Recipe de prima Materia, in Flaccum: Digestione resoluta mensem vnum digere, cui tandem appone Additionem Monarchiæ æquali pondere: digere simul inuicem iterum mensem vnum, quo transacto, Recipe hanc materiam, et distilla per nasum p ascensum. Quod enim transit, est Archanum primum primæ materiæ, de quo nos scripsimus. Nemo autem breuitatem hanc paucis comprehensæ methodi miretur, pluribꝰ enim plures insunt vt plurimùm errores.

De Archano Lapidis Philosophorum.

THEORICA. CVm autem nos neq; Authores primi, Lapidis Philosophorum simus: neq; nouissimi eius cõplementum

Veterum lapis ignotus.

plementum aut fundamentum habeamus, vt posſi- mus de eo ſecundum ea ſententiam dicere, quæ nos audire et legere contigit: ideo nullam eius certam notitiam habentes, neglecto eius proceſſu, noſtrum ſequemur, quem nos exercitijs operationum noſtrarum inuenimus. Vocamus autem Lapidem Philo- ſophorum ideo, quòd perinde, hic noſter Corpus humanum tingat, ſicuti ab illis de ipſorum Lapide ſcriptum eſt: non autem, quòd iuxta proceſſum eorum factus ſit, aut fieri debeat, quem nos minime intelligimus neq; agnoſcimus. Quare in hac praxi, etiam modum operationis virtutis eius intactum relinquemus: cùm ab initio huius libelli ante dixerimus, qua vi et proprietate hic noſter operetur. Huius nanq; ingreſsio, (vt de eo amplius loquamur) trãſit et penetrat totum corpus, et omnia quæ in corpore ſunt, ac penetrando reſtaurat ac renouat ea: nõ quòd vetera demat, et in locum eorum noua ſubſtituat: neq; quòd, ſicut prima materia, ita et hic ſperma infundat: Sed quòd vetera ita emundet, ita purificet: ſicut Salamandræ cutis purgatur abſq; excoriatione exuuij, et abſq; putredine, manente ſemper eadem cute in ſua eſſentia et forma. Hic igitur eſt lapis Philoſophorum, qui Cor et omnia Principalia membra purificat, omnes item neruos, venas om-

Nominis ratio.

Virtus lapidis.

Lapidis definitio ab effectu.

nes, medullam omnem, et quicquid in toto corpore est: vt nulla vllius infirmitatis macula, nullum inquinamentum in eis reperiatur. Fugat enim Podagram, Hidropem, Icteritiam et cæteras passiones: et omnem quatuor humorum indispositam intemperiem emundat, àcsi planè primæ eorum origini conformia et coæqualia sint. Vbi nanque ea fugātur omnia, quæ naturam destruere et euertere moliuntur: ibi necessum est, omnem infirmitatem, omnēque morbum hac renouatione fugari, quemadmodum vermes ignem fugiunt, eoque depelluntur.

Sed quænam causa sit tantæ virtutis huius Lapidis, qua tàm varios et mirabiles morbos depellit, quæret quispiam. Non enim hæc facit ex complexione sua: non ex sua forma specifica: non ex proprietate sua: neque ex alia quadam accidentali natura.

Virtus lapidis ex subtilitate artificij in conficiendo.

Operatur autem talia et tanta, ex virtute subtilitatis praxeos, et artificij operationibus, quæ illi in cōficiendo adhibentur, primùm in Præparationibus, Reuerberationibus, et Sublimationibus: postea in Digestionibus, Separationibus, et Distillationibus: Postremò in multiplicibus reductionum et Resolutionum reiterationibus. Hæc enim omnia Lapidem in hanc virtutem extollunt, exacuunt, et stabiliter confirmant, non quòd eam ab initio habuerit: sed quòd

quòd ei nunc primum subtilitate artis tributa sit. Huius autem exemplum à Melle sumi potest. Mel nanq; distillando eleuatum, omni aqua forti, omni corrosiuo, omni deniq; sublimato, acutius et mordacius est. Hæc autem proprietas non inest ipsi à natura sua, vt tàm acutum, tamq; causticum sit, aut esse debeat: Sed venit ex ipsius Eleuatione, quæ Mel ipsum ita immutat, vt in Corrosiuum vertatur. *Mel distillatum.*

Tantò autem Archani Vis potentior est, quòd etiam in progeniem, veluti per traducem transfunditur: Vt eorum, qui eo vsi sunt, filij ab ipsis tandem progeniti, adeò sani viuant, vt in ipsorum corporibus nulla infirmitas, nulla contrarietas, neq; quicq; horum simile oriri queat: Sed complexionem à natura adeò subtilem, adeoq; puram habeant, qua nobilior et generosior esse non posit. Medicina siquidem tàm electa et tàm excelsa, quæ corpus adeò potenter conseruat, purificat, et vsq; in incorruptibilem penè vitam perducit: non patitur ipsum obnoxium inquinationi aut corruptioni esse: sed ne id q; dem, quod ex eo prouenit: verùm in simili præstantia virtutis etiam prolem posteriorem, ad decimam vsq; progeniem viuere facit. Atq; sicut Lapis Philosophorum non vnum duntaxat pondus transmutat, sed transmutatum illud, plura alia pondera, et *Lapidis Virtus etiam in progeniem deriuatur.*

horum iterum vnumquodq; plura alia: vt propemodum ita omnino in infinitum extenderetur, sicut cum lumen vnum accendit aliud, et hoc item aliud atq; aliud. Itidem de hoc etiam nostro Lapide, quò ad sanitatem attinet, censendum est. Nam bonæ arboris est bonos fructus dare, vel bonum semen proferre. Virtus enim Lapidis Philosophorum, adeò variè et mirabiliter extollitur, vt nemo ingenio assequatur, quomodo naturaliter tantùm exaltari possit. Ac nisi omnino certa indicia, oculis ipsis conspicua, palam proposita haberentur, incredibile esset, tantas virtutes, Diuina excepta potentia, naturaliter posse effici. Virtus etenim eius de progenie in progeniem propagatur, et traducitur sine destructione: Gratia verò Diuina vno in corpore indiuiduo consistit, alijs autem iuxta eorum meritum, adimitur, aut confertur. Processum itaq; et methodum parandi Lapidem nostrum Philosophorum, hoc modo ponimus.

Luminis exemplũ.

PRAXIS.

** Signum Salis nitri videbatur positum esse: quanq̃ incerto charactere. Ego potius Antimonij characterem fuisse auguror, ex quibusdam authoris eiusdem locis.*

Recipe * et separa ab eo purum ab impuro, quo facto Reuerbera vsq; in albedinem, quam sublima cum Sale armoniaco tantisper dum resoluatur. Hoc autem Calcina et resolue iterum: post in pellicanum conclude, et digere mensem vnum, vt coaguletur in corpus, quod nunquam exuritur, neq; absumitur,

sed manet

ſed manet in eadem ſemper eſſentia inexinanita. Corpora quæ penetrat, Cineritij examen ferũt, neq; vlla in eis eſt fuga, neq; alteratio. Adimit omnẽ imperfectam eſſentiam, tàm in ſenſibilibus, quã in inſenſibilibus, vti iam commemorauimus. Quamuis verò nos paucis comprehenderimus, requirit tamen longi temporis laborem, cum multis circumſtantijs, Artificemq; benè expertum laborum, et procul omni tædio diligentiſsimum.

De Archano Mercurij vitæ.

SEquitur vt de Archano Mercurij vitæ dicam9, cuius virtus etſi duo prædicta ſuperet, non tamẽ ea eſt ex operis ſubtilitate, neq; ex artificio: ſed ex ipſo Mercurio vitæ, in quo tales et tantæ virtutes, ac effectus ſunt adeò admirabiles, vt nullum omnino ſimplicium extet nobis cognitum, quod ei comparare poſsimus. Natura enim et proprietas ipſius, innata ipſi eſt, non ex virtute Quintæ eſſentiæ, neq; elementorum: ſed ex ea, quàm ex prædeſtinatione habet, vi ſpecifica, non ſolùm tranſmutandi corpus humanum, aliaq; ſenſibilia: verùm etiam renouandi metallorum priſtinam eſſentiam, pariterq; vegetabilium. Nam Mercurius vitæ ferrum reducit in ſuã primam materiam, et perficit rurſum in ſuam perfectam ma-

THEORICA.

Virtus ☿. vitæ quæ & vnde.

Ferrum.

ctam materiam, ita vt iterum ferrum fiat. Itaq; reno
Aurum. uat, et iterum perficit. Sic etiã Solẽ, id est aurũ reno
uat, reducens ipsum in eius primũ Mercuriũ et Tin
cturã: et digerit tãdem iterũ in aurũ, vt quale fuerat
ante, tale nũc iterũ metallũ euadat. Neq; id in metal-
lis solũ, sed in cæteris omnibus, et vegetabilib9 quo-
Vegetabilia. q; efficit. Si enim eo radices eorũ irrigatæ fuerint,
secundò florent, et fructificant: ita vt si Mercurius
vitæ tunc eis adhibeatur, postquã priora semina de-
ciderint, ampliùs iterum florescant, denuoq; fructi-
Animalia. ficent, non habita temporis ratione. Sed Animaliũ
quoq; tàm brutorum, quàm hominum ratio eodem
modo se habet. Nam vsu Mercurij vitæ singula eo-
rum membra renouantur, et iuuenescunt quæ sene-
ctute consumpta fuerant: nouusq; eorum reuocatur
naturæ cursus, noua consuetudo, ac omnes deniq;
vires deperditæ pristino vigori restituuntur. Muli-
Vetulæ Anus. eri siquidem paulò vetustiori quàm sexagenariæ
sua iterum redeunt, efflorescuntq; menstrua, itidem
Vieti senes. vti iuuenculæ eueniebat: Vietoq; et decrepito seni,
sua vis genitiua, perinde ac in iuuentute fuerat, per-
Proprietas virtutis ☿*. vitæ.* fecta restituitur. Virtus etenim et potentia Archa-
ni Mercurij vitæ, adeò potens, excellensq; in sua for
ma specifica, censenda est, vt Vetustum à Iuuenili
separet inuicẽ, et renouet, multiplicetq; id, quod Iu
uenile est.

uenile est. Argumentum autem huius est, quòd Iuuentus, roburq; et virtus Iuuenilis in senibus nō deficit, sed æquè iuuenibus àc senibus inest: Verùm corruptio illa, quæ vnà cum Iuuentute incrementa sua suscipit, adeò potens euadit, vt Iuuentutis studium, vigoremq́ Iuuenilem adimat, quibus ademptis senectus præsens certò agnoscitur. Si itaq; corruptio hæc à Iuuentute separetur: erit vtiq; Iuuentus iterū æquè vt ante manifesta, absq; inimicitia et contrarietate impedimenti. Indicium verò capere licet ex corpore iacente, et putrido, cuius vtiq; Quinta essentia non putrescit, sed est vegeta et inconsumpta, quæ tandem à Cadauere nonnunquam in Aërem, nonnunquam in Terram, aliâs in Aquam etc. separatur, ita vt alium in locum deueniat. Nulli etenim Quintæ essentiæ inest corruptio vlla: quod planè admiratione dignum est, vt à nobis de Corruptione et Æternitate ponitur. Nam quemadmodum Rosa in fimo equino putrefacta, quamuis tota fœtorem et putredinem redoleat: nihilominus tamen suam in se aut in fimo retinet Quintam essentiam, quæ tandem in separatiōe puri ab impuro viuida et sine omni macula emergit, corpore in fœtidum ac putre cadauer abeunte: Itidem de Mercurio vitæ dicimus, ipsum corruptionem putridam separare, et ita potē-

Corruptio Iuuentuti sociata.

Corpus putridum.

NOTA.

Lib: De Corruptione & Æternitate.

Rosa.

ter in homine vim suam exercere, veluti cùm ab integro ligno pars putrida amputatur. Abiecta autem et semota putredine, vegetatur iterum Quinta essentia, viuitq́ perinde, vt in iuuentute fuerat viuida. Non tamen ex dictis et experientia nostra opinetur quisquam, Mercurium vitæ nouam facere aut inducere Quintam essentiam: Sed solummodo, eã Quintam Essentiam, et spiritum iuuentutis, quæ ex suo vegeto robore declinauit: quæq́ suppressa quamuis est, mortuaq́ reputatur, inconsumpta tamen et inexinanita manet: facta puri ab impuro per Mercurium vitæ separatione, iterum reuiuiscere, et vitam iuuenem eadem pristinæ iuuẽtutis virtute ducere, qua olim duxerat. Huius autem in exemplum Halcyões produximus, quæ etiam mortuæ abiectis plumis renouantur, ob id, quòd ipsarum Quinta essentia ab hospicio corporis earum nõ recedit: Vnde sanè colligere datur, * Destructo per putredinem hospitio, Quintam essentiam in id transire, quod ipsa apprehendit, et in quo * consistit. Quare frequentissimè quamplurima admirandæ naturæ germina in vegetabilibus reperiuntur, quæ non ex sui natura generantur, sed ex tali quopiam accidente, vti nos ostendimus in ijs quæ de Generatiõibus scripsimus, Multiplex nanq́ variaq́ est in fimo, multarum diuersarum rerum

NOTA declarationem Elegantem.

Halcycnes.

** per conuersionem simplicem.*

** vel cui inhæret.*

NOTA, De Fimo.

rum rerum in vnum cumulum coaceruatarũ, ex herbis, radicibus, fructibus, aquis, et id genus alijs, putredo: Ex quo sequitur fertiles agros, prataq́ pinguia per fimum reddi: non quòd putredo hoc faciat: sed quòd ipsa Quinta essentia, quæ in ipsis est, labitur in radices, easq́ penetrat, et virtutem præbet vegetabili: Earum verò corpus, id est fimus, deperditur et in nihilum abit, ac substantia eius consumitur. Quapropter stercoris etiam humani multæ sunt insignes virtutes, ob multarum nobilium essentiarũ, in id ex cibis, potibusq́ generosis delapsarum, commixtionem: de quo sanè miranda multùm scribenda essent. Siquidem non essentiam, sed nutrimentũ assumit corpus ex ea, quemadmodum de Nutrimento scribimus: Ideoq́ assimilamus, et proximo in gradu Mercurij vitæ ipsum collocamus, qui, vt supra dictum est, stupendas omnino virtutes perficit. Nã vngues digitorum abijcit, dentes extrudit veteres, canos radicitus extirpat, Iuuentutem corroborat, vsq́ adeò vt corruptio et antiqua canities nullum possit sui habere vestigium, neq́ reperiri aut videri in corpore queat, vsq́ ad subsequentem alteram senectutem. Iam itaq́ praxim exordiemur, et orationem nostram ad Alchimistas conuertemus, quibus non multa scribenda sunt, neq́ pluribus concionandum est:

Agrorum fertilitas.

Fimus humanus.

Virtutes ☿. vitæ.

PRAXIS.

dum est: Rudes autem et insipientes reprehensores reijcimus, et hinc procul excludimus. Conficiendi itaq; Mercurij vitæ ratio, hunc in modum se habet.

Recipe Mercurium Essensificatũ, quem ab omnibus superfluitatibus eius separa, purum scilicet ab impuro: tunc per sublimationem cum Antimonio eleua, vt vtraq; pariter ascendant, et vniantur: quæ tandem super porfido vel Marmore resolue, et coagula, idq; quarto etiam reitera, Habebisq; Mercurium vitæ, vti nos declarauimus, quo in antiquis senectutis nostræ diebus, tanquam Archano præstantissimo nos solabimur.

De Archano Tincturæ.

THEORICA. RESTAT vt eadem ratione de Archano Tincturæ etiam sermonem faciamus, Cuius virtus est auferre omnem incompetentem senectam: omnem infirmitatem: omnia deniq; ea, quæcunq; sanitatẽ corrumpunt, et eam euertere pugnant. Est itaq; Archanum istud Tinctura, cuius, vt summatim dicam, munus et proprietas per quam operatur, ea est, vt sanitatem restituat, et sanum faciat, non eo, quẽ de prædictis tribus diximus, modo: sed queadmodum nominis ipsius ratio indicat. Nam sicut Tinctura tingit bonum et malum, subtile et grossum, sic et hoc

Tincturæ virtus.

Declaratio.

Nominis ratio.

Archa-

Archanum in corpore vim suam exercet, qua ex mala et insalubri complexione, bonam et salubrem facit complexionem: non secus atq; Tinctura, quæ ex Cupro Argentum facit, non separatione boni à malo, sed simul bonum et malum tingendo, vt finaliter sibi inuicem per omnia æqualia sint. Eodem nanq; modo etiam nostra hæc Tinctura, corpora Hydropica et Icterica, in sana corpora tingit, non originē Hydropis extirpando, neq; malum à bono separando: sed ipsum corpus bonum reddendo, quale videlicet in optimo salubritatis suæ statu ipsum esse consueuit. Quandoquidem et fimus putris, subtilitate operum et artis in Elixir redigi potest, quod omnē putredinem expellat: quamuis ab ipso non sit putredo separata, sed tota eius substantia in aliam essentiam et naturam conuersa et transmutata.

Virtus Archani Tincturæ.

Tinctura non extirpat morbum, sed tingit in sanitatem.

Exemplũ de fimo.

Hæc itaq; de Tinctura hac tenenda est sententia, Ipsam absq; omni separatione mali à bono tingere corpus: similiter absq; omni extirpatione prioris essentiæ hominis, omnia * illa ipsa renouare. Vbi obseruandum est, corpus hoc modo tinctum, non amplius similem priori vitam agere: sicut neq; metallum hoc in aliud tinctum, vt Ferrum in Cuprum, aut plumbũ, vltra priorem suam naturam retinet, sed Tincturæ, Sic etiam natura Tinctorum corpo-

** quæ inerãt ante essentiæ ipsi.*

Corpus tinctum dissimilem priori viuit vitam.

Tincta corpora nobiliora non tinctis.

originis

Aurum ex ferro.

Tincturæ operatio.

Tincturarum differentiæ.

Tinctura naturalis.

Tinctura artificialis.

Lapis Realgar.

Tincturæ Archanum septemplicibus Tincturis particularibus constat, correspondentibus septem membris principalibus.

rum æstimanda est, quæ Tincturæ naturam in se recipiunt, non vitam priorem ex qua in hanc Tincta sunt: Quin imo multò nobilius, melius, et salubrius fit corpus et natura eorum, quàm vnquam ab initio natiuitatis in priore statu fuerat: perinde vt eius Auri natura, quod ex Ferro factum est, vt de Transmutatiōibus ponitur, multò nobilior priore esse agnoscitur. Cùm igitur operatio Tincturæ sit permutare in melius ad similitudinem Tincturæ metallorũ, (quod paucis admodum cognitũ est) sequitur plures esse corporis tincturas, quemadmodum et metallorum sunt plures: Et sicut harum alia aliam superat virtute et bonitate, ita et in his corporum tincturis similem differentiam esse obseruandam. Sed est alia quoq; Tincturarum differentia, quædam enim à natura Tincturæ sunt, vt Crocus, Flos, Sulphur: quædam per artem in Tincturam rediguntur, Vt Lapis Realgar et similes: quod in hoc Archano obseruandum omnino est, cùm in hoc magna constet principij pars. Sciendum præterea huiusmodi Tincturam septem membris conuenientem et proportionatam ex totidem Tincturis constare debere: ita vt singulæ suæ cuiusq; singulorum membrorum proprietati correspondentes, applicētur et tribuantur: Cordi scilicet, quæ ex Metallis, et Herbis

cor respi-

cor respiciunt. Alijs item alia. Quæ enim hoc modo appropriata sunt, per ea totum corpus tingitur. Non tamen sufficit vno solo tingi, sed omnibus: Nam sicut in metallis vna Tinctura, vnum duntaxat tingit metallum, altera verò aliud: ita in his quoque iudicandum est. Harum autem conficiendarum modus hic est.

Vna Tinctura vnũ tingit metallum.

PRAXIS.

Recipe horum membrorum essentiã, ex qua separatis elementis, Ignẽ digere tantũ temporis spaciũ, donec seipsum ita eleuet, vt nihil in fundo relictum sit, neque eius materia vlla corporea substantialiter videatur. Quo completo recipe Vitrum cum materia ita conclusum luto Hermetis: quo posito in locum frigidum et humidum, resoluetur iterum simul in materiam Visibilem: Quæ quidem visibilis materia, est Tinctura hæc de qua nunc scripsimus. Atque hæc breuibus hoc modo concludimus, Si enim latius de ea scriberemus, riderent fortasse Stoici, quod vt effugeremus, solis Chimicis ista præscripsimus.

ARCHIDOXIS EX THEOPHRASTIA PARACELSI MAGNI.

LIBER QVINTVS.

De Magisterijs.

THEORICA.



BSOLVTIS prioribus libris de medicinis quibusdam præstantissimis, præsenti hoc libro Magisteriorum doctrinam complecti et perficere statuimus, à Definitione nimirum sumpto exordio, vt constet quid Magisterium sit. Est ergo Magisterium, extractum quiddã à rebus sine separatione et absq; præparationibus elementalibus, quod mediante additione in huiusmodi Magisteria extrahitur, in eisq; conseruatur. Horum autem virtutes et efficacia quas in se habent: nõ ex primis naturarum operatiõibus veniunt, neq; ex virtute specifica in hanc formam, sed per commixtionem rei additæ, cum qua eiusmodi virtutes extrahuntur. Exemplo est Acetum, quod cùm Vino infunditur, mutatq; illud omne in Acetum: Magisterium Aceti est: Atqui non ita est de Melle: nanq; Vino infusum non facit Vinum esse Mel: ideoq; nullũ est hic

Magisterium quid.

Declaratio, Vnde sit virtus Magisterij.

Exemplum Aceti.

Contrarium Mellis exemplum.

est hic Magisterium. Obseruandum itaq; est: quænam media Magisterijs conueniant, veluti quodnã Vinum Aceto competat. Quod enim non perficitur in id, quod esse debebat, Magisterium non est. Considerandæ sunt igitur naturæ rerum. Quamuis differentia quoq; talis animaduertenda est, Quòd è Metallis, Lapidibus, Marchasitis, Herbis, et his similibus corporibus alijs, Magisteria extrahuntur p ea media, quæ non sunt naturæ metallicæ: et tamen metalla ijs similia fiunt, sicut Vinum Aceto in omnibus eius viribus simile fit, virtute inquam, gustu, et sapore. Quod autem Vinum simile Aceto se reddat, fit id aceti causa, cuius ea natura est, vt vinum sibi permixtum acetum faciat. Natura itaq; sui indicium facit. Quodsi autem metallorum etiam natura ita esset acida: tali vtiq; in Magisterijs indicio sese declararet, et exhiberet: quod tamen non est proprietatis eorum. Sciendum porrò est, Additiones, mediaq; quæ ad hoc assumuntur, quamuis non vnius complexionis virtutisq; sint actu, in præparatione tamen eò peruenire, (est enim Magisterium plus appropriatum, quàm complexionatum) vt ex eis virtus huiusmodi eliciatur et proueniat. Sic nanq; per huiusmodi additiones, metalla præbent sua Magisteria, quæ non minoris ipsorum Quintis essentijs

Regula. De medijs conuenientibus.

Media disparia.

Metalla.

Præparatio disparitatem complexionis medij, & subiecti corrigit.

Magisteria quintæ essentiæ correspondent.

Aurum. æstimanda sunt in virtutibus eorum. Aurum siqui-dem in Magisterio perfectè omnem suam essentiam et complexionem exhibet, in sua ipsius essentia.

Obiectionem tacitã soluit. Neq́ꝫ cogitãdum est, huiusmodi Magisterium ideò nihil valere, quòd corpus ratione leprositatis suæ nullius sit momenti. Nihil enim impedit corpus, quin Magisterium totius auri sit optimum, cuius ra-

Exemplum Zucchari. tionem Zucchari exemplo declarare licet. Zuccha-rum nanq́ꝫ, quoad corpore constat, et nõ separatur, totum dulce est: eaq́ꝫ ratione in dulcedine conserua-ri potest, vt multò potentius, dulciusq́ꝫ reddatur, quàm ipsum per se est: adeò, vt etiamsi Quinta es-sentia separetur ab eo, non tamen ipsa dulcior sit,

Corpus non est impedimento in magisterijs. quã fuerat cùm esset adhuc in corpore. Nullo itaq́ꝫ corpus impedimento est, neq́ꝫ discrimen vllum af-fert. Quanq́ꝫ certum est, virtutem separatam à cor-pore, nobiliorem esse, quàm vnà cum corpore præ-paratam. Sed Magisteriorum præparatio, detrahit virtutem corporis, multoq́ꝫ reddit præstantiorem,

Lapides & Gemmæ. quàm naturæ per se posibile est. De Lapidibus q̃q́ꝫ et Gemmis, quorum in Magisterijs mentionem fa-ciemus, idem sentiendum est, cum corporibus eorũ, et quæ ipsis corporibus insunt, vsurpãdas esse: neq́ꝫ ob id in ipsorum virtutibus deficere, sed Magisteri-um eorum debitæ virtutis et efficaciæ fore: cuius e-

xemplum

xemplum sit Sulphur, quod incensum, totum quidem exuritur, quamuis id, quod ipsum incendit et comburit, exiguum quiddam sit. Idem fit etiam in Lapidibus. Nam Cristallus si in Magisterium redigatur, perinde omnem calculum mirabiliter in suam primam materiam resoluit, quemadmodum ipsius essentia Quinta. Quod quidem ea de causa fit, quia corpus eius Tingitur à sua ipsius Quinta essentia: potestq́ȝ merito pro Quinta essentia reputari, sic videlicet, sicut Acetum et Vinum, quorum hoc, illud sibi vniforme æqualeq́ȝ reddit, semoto omni defectu. Neq́ȝ verò in solis Lapidibus, quin etiã in Metallis, huiusmodi fit Tinctura. Auri enim Quinta essentia, totum corpus auri, in puram, solidamq́ȝ Quintam essentiam tingit: *Id quod nos maximi, imò* »
pluris quàm maximi facimus: proq́ lumine omnium se- »
cretorum nostræ Archidoxis habemus. Eya igitur, a- »
lacri animo, lætoq́ȝ vultu succendamus iam Ignem, carbonesq́ȝ nostros, vt penitus intima horum magnalium Naturæ abscondita, certa experientia concludamus. Sic enim apud nos statutum est, ex ijs q̃ experientia probauimus, *Posse ex Magisterijs, exem-* »
pli gratia ex Magisterio Auri, tantum Quintæ essen- »
tiæ extrahi, quantum corporis ipsius pondus est, quan- »
taq́ Quinta essentia ipsa in seipsa est, vnà cũ corpore. »

Exemplum Sulphuris.

Cristallus, & Magisterij eius virtus.

NOTA, mente profunda.

Auri Qu. Es. virtutem profundius attende.

Magnalia naturæ.

NOTA corporis mortui reuiuificationem.

Singulares itaq; huiusmodi Magisteriorum virtutes agnoscimus, et describimus, vt eorum notitia apud nos vsq; ad sepulchrum permaneat. Eadem etiam de Marchasitarum rerumq; cæterarum omniũ, Magisterijs sententia nostra est. Tanta siquidem Magisterij vis est atq; potentia: vt eius vnica pars, aut drachma, plus, quàm centum eiusdem herbæ partes, operetur: idq; eam ob causam, quòd vix cẽtesima pars herbæ sit Quinta essentia. Quapropter cùm tàm exigua eius quantitas sit, necesse est eius vsum frequentiorem et maiorem esse debere: quod vt rectius fiat, succurrendum est huic paucitati per Magisteria, quùm p ipsa omnis totius herbæ quantitas in Magisterium abeat, quod vtiq; nihil aliud est, quàm quædam artificio confecta Quinta essentia, naturali similis. Vbi igitur centum drachmas herbæ cuiuspiam sumi oportuerat, eiusdem Magisterij drachma vna sufficit, plusq; vtilitatis et salutis, quam herba ipsa, affert: eò quòd tota præparata sit, et ad summum gradum exaltata, ac penitus in naturam quintæ essentiæ redacta, in qua consistit et delitescit omnis totius corporis virtus et efficacia. Inde ergo salus affertur, inde auxilium prouenit: cùm huic insit omnis virtus et penetrabilitas, totiusq; corporis cum corpore vnio et conuenientia.

Vix centesima pars rerum est Quinta Essentia.

Finis Magisteriorum.

Qu. E. artificio facta.

Dosis Magisterij.

Magisterij subtilitas.

Nihil

Nihil etenim corpus assumit iucundius, quàm quod spirituale est: ideoq; Magisterium auidè attrahit, et sese cum eo permiscet: perinde vt Aurum attrahit Mercurium, id est Argentum viuum, seq; cum eo vnit et copulat: quod in ferro non fit, cùm non sit mutua eorum conuenientia in compositione. Hoc itaq; pacto, Corpus et Magisteria conueniunt, sese mutuo penetrant, et inuicem vniuntur: quorũ plurima extant exempla, quæ non est operæprecium nos commemorare. Marchasitæ quoq; hac eadem ratione virtutes suas in medicina efficiunt, quamuis hoc intersit discriminis, quòd tanq; succus quidam extrahitur id quod optimum est in eis, corpore earum remoto: Et tamen nihilominus Magisterium est, etiamsi corpus seorsum diuidatur. Huius autem ratio est, quia separatum hoc ex ipsis corpus, non Marchasitæ ipsius corpus est, sed vel saxum, vel terra, vel minera, cui Marchasita est incorporata. Neq; enim ea est Marchasitæ facultas, vt seipsam à terra vel minera diuidat, sed pariter mutuo in vno corpore manent, proq; Marchasita ipsa reputãtur.

NOTA, grossis medicinis nihil ingratius esse corpori.

Amalgama.

Corporis cum Magisterio conuenientia.

Marchasitæ.

Marchasita cum corpore mineræ copulata est, & non pura.

His itaq; ostensum à nobis est, quid Magisterium sit: et ex quibus conficiatur: tum quibus etiam virtutibus polleat: superest vt praxi animum intendamus, conficiendiq; eius rationem declaremus.

Epilogus.

PRAXIS.

 Sed cùm

Sed cùm nequeat descriptio processus omnium generum sub eadem forma comprehendi: Singula genera, comprehensis tamen omnibus consimilibus speciebus in eodem genere, particulariter tractabimus: peculiarem de Metallis, itidem de Marchasitis: de Gemmis et Lapidibus: de Pinguedinibus: de Crescentibus, vel Herbis: deq; Vino sermonem facturi. Singulariter verò et de Magisterio Sanguinis tractabimus: Vbi peculiaris quædam forma proponetur: considerabiturq; ibidem quæ insit Humanitati Virtus et Facultas: quid Natura hominis in se contineat: et in quo deficiat, aut quid in eo desideretur, quamuis secundum naturalem creationis cursum nihil illi desit, sed in omnibus suis partibus, sicut ales in suis plumis, æquè completus sit.

Capita Praxeos VII.

CAPVT I.

De extractione Magisterij ex Metallis.

THEORIA.

PRincipio igitur Magisteria Metallorũ cognoscenda proponimus, quæ multiplicibus sanè, atq; dignis admiratione virtutibus sese manifestãt, secundum essentiarum suarum rationem atq; proprietatem. Extrahendum autem est ipsorum Magisterium, imprimis quidem absq; omni corrosiuo: Deinde verò absq; omni alia re quæ Metallis contrariam

Propositio.

Regula.

trariam habet complexionem. Ex huiusmodi nãq; duplicis contrarietatis copula et compositione, corrumpuntur eorum essentiæ, ita vt ob compositionis errorem, nullam virtutem debitam perficere valeant, cùm vnum contrariorum alia superet. Si igitur concordantiæ habenda ratio est, nihil nisi Temperatum in Magisterijs assumendum est. Quare cognoscendum est quid Temperatum sit. Est ergo Temperatum res complexionata quidem, sed quæ tamen apta est suscipere in se, id, eiq; sese incorporare, quod ipsi additum fuerit, ita vt nullum suæ prioris complexionis indicium præbeat, sed solam eius virtutem, quod ei appositum est, referat. Tale autem est Vinum ardens, quod perfectam suam contineat licet complexionem, tamen quicquid illi impositum fuerit, eius complexionem fortius recipit, ita vt eius virtutis ratione operetur, et non suæipsius. Cùm igitur alienam in se virtutem attrahat, suam verò supprimat, Temperatum vocabitur.

Contraria media non assumenda.

Temperatũ, quid.

Vinum ardens.

Quamuis autem hic differentiæ quædam obseruandæ essent etiam aliæ, tamen nos hoc loco tantummodo Elementa attingimus: Veluti etiam de Oleo idem dicere liceret, quòd sit temperatum, cùm alienam in se naturam recipiat, sua autem propria Elementa occultet. Ex aliquo igitur istorum generum vno, con-

Oleum.

vno, conficiendum est Magisterium, ita vt virtus Metalli transeat in Temperatum, cum eoq; depuretur, clarificetur, et distilletur ad suum prædictũ terminum. Huiusmodi verò Magisterium vbi perfectum fuerit, Potabile nominabitur, eo quòd potari queat. Itaq; Magisterium Auri, vocatur Aurum Potabile: Argenti, Argentum potabile: Sic Ferrũ Potabile, Cuprum Potabile, Plumbum potabile, Stannum Potabile, Mercurius potabilis. Quemadmodum autem vnumquodq; horum, iuxta complexionem eius diuiditur et describitur, ita quodlibet secundum eandem complexionem, suam exercet operationem. Et quidem supra quam nos scribere deceat. Conficientur itaq; omnia septem ex vno temperato, eademq; via et praxi: hoc modo.

Metallorum Magisterium est potabile.

Aurum potabile.

Argentũ potabile.

Omnia metalla potabilia.

PRAXIS.

Recipe Circulatum optimè purificatum vsq; ad summam essentiam, cui impone laminatum aut limatum metallum, aut subtilissimè malleatum et depuratum, quodcunq; volueris: Compone hæc duo pondere sufficienti, postea fac circulari septimanas quatuor, et vertetur Lamina super Temperatum in oleum, quod innatat in superficie eius sicut pinguedo, colore sui metalli tincta. Quo habito extrahe hanc pinguedinem cum attractorio argenteo, vt à Circulato detrahatur: Habebisq; aurum Potabile,

et argen-

et argentum Potabile, Similiter ex aliis etiam metallis absque nocumento potabilia et comestibilia. Atque his finem sermoni faciemus, cùm intelligentibus satis dictum sit.

CAPVT II.

De extractione Magisteriorum ex Lapidibus, Perlis, & Corallis.

Consequens est de Magisterio Lapidum Gemmarumque dicere, quarum extractio similis censenda est extractioni metallorum, quantum ad suam cuiusque Gemmæ virtutem propriam, attinet: quantum verò ad processum operis, diuersa. In Lapidibus enim nullus est temperati vsus, nec vlla additio facienda est, aut vsurpanda: eo quòd eorum resolutio non conuenit cum Metallorum resolutione: sed alia singulari via eorum Magisterium extrahendũ est. Huius igitur praxeos tres modi sunt, vnus nimirum in Gemmis: alter in Margaritis: tertius in Corallis: horum trium modorum aliquo, omne Lapidum genus in sua Magisteria reducitur. Non est autem intentio nostra in Lapidibus et Gemmis colores eorum retinere, neque claritatis rationem habere. Omnia quippe eorum Magisteria album quendam colorem retinent, itidemque etiam Margaritarum: Corallorum verò tinguntur secundum colores suos,

THEORIA.

Resolutio gemmarum & Metallorum est diuersa.

Modi tres.

Colores gemmarũ non attenduntur, neque perspicuitas.

Corallorum natura res suos, quod singulariter considerandum est. Idq; eam ob causam, quia Magisterium horum vna cum corporibus, elementis, totaq; essentia, sine omni eorum destructione, quæ per additiones fieri posset, extrahitur: possuntq; iterum in suam reduci perfe-

Corallorum ab aliis gemmis differentia. ctionem. Quare aliis Gemmis, neq; ortu, neq; natura possunt conferri, et tamen nihilominus ex lapidum genere sunt. Nam quod in Corallis aliquan-

Color Corallorum extrahi, iterumq; reddi potest. do euenit, vt eorum colores ex toto ipsorum corpore in aliud quoddam medium extrahantur, posteaq; ex corporibus ipsorum, tanquam ex luto, opus aliquod fingatur, ac iterum absoluta formatione, pristino colore imbuantur, vt planè veri sint coralli, efficianturq; quales erant ab initio: tamen neq;

Gemmæ non reuertuntur ex Magisteriis in primam suam naturam. in margaritis, neq; in gemmis id ita se habet, quippe cùm non posint iterum in primam reuerti materiã, sed maneãt in Magisterio incorruptibiliter in ipsarum natura. Quanquam vidimus Magisteria earũ penetrasse vitra et instrumenta, adeò vt ea, virtute suæ naturæ tingerent, quemadmodum cùm Magi-

Gemmarum Magisteria penetrant vitra. sterium Magnetis, quod æquè ac Magnes ipse materialis attrahit, ita vitri substantiam penetrauit et tinxit, vt vitrum illud ad se traheret acus et paleas. Itidem etiam de aliarum gemmarum Magisteriis iu-

Gemmarum Magisteria in Auro puro conseruanda. dicandum. Quare solùm in auro puro conseruanda sunt.

sunt. Plurima autem huiusmodi secreta, nobis, supra quàm credi par est, sese obtulerunt, ex quibus omnibus, tanquam ex memoriali signo, admonemur maiores etiam virtutes in artificio et Magisterijs experiri, et scrutari, cùm ipsa tam mirabilia præstēt signa, et indicia singularia, supra alias extractiões. Horum igitur Praxim, ac primum quidem Gemmarum, declarabimus hunc in modum describentes. PRAXIS.

Gemmæ. Recipe Gemmarum contritarum et calcinatarū per modum Reuerberationis, libram vnam: Itidēque Nitriali. libram vnam Nitriatæ, misce simul inuicem, combure optimè in calcem, quam ablue Vino ardente donec nihil superfluæ materiæ in ea reperiatur: Eā verò plus adurito, et fac idem quod prius, atque ita totum in Vinum ardens transibit, quod euapora, vel abstrahe per alembicum, et remanebit Alkali in fundo, quod resolutum in aquam, serua. Neque verò ab vsu eius absterrearis, nec intra corpus exhibere verearis, propterea quòd quodammodo acutū sit, calcisque naturam referat: Nam in eo solo suam exercet acrimoniam, quod ipsi obstat: Adeoque subtile est, quòd vnica eius gutta totū corpus tingat singularibus virtutibus. Porrò Margaritas quoque hac forma in aquā redigere conuenit, sed diuersum principium hac ratione faciendum est. Acrimonia Magisterij innoxia est.

Margaritæ. Recipito acetum correctum, cui immitte Margaritas in puluerem tundendo et molẽdo redactas, atq; sic digestæ mensem vnum, redigentur in aquã, qua in balneum collocata, abstractoq; ab ea aceto, in fundo Margaritas in Aquã solutas inuenies, quæ ipsarum Magisterium est. Quamuis verò simplices sint his in rebus processus: tamẽ, crede experto, Mirifica ipsarum operatio est. Non tamen fit per artẽ hæc virtutum actio, sed in natura ipsarum est, quæ in grossa substantia occultatur, et non potest operari, sicut mortuum corpus: sed resolutione facta, viuificabitur corpus eius. De quo satis.

Coralli. Coralli autem primum conterendi et calcinandi sunt cum Nitriata, post instar gemmarum præparandi et resoluendi. Atq; hac ratione Magisterium corallorum habebis, cuius virtutum plurima me sanè capit admiratio, quòd Deus huic Crescenti aut vegetabili, tam mirabilem et crescendi modum, et virtutis efficaciam tribuerit.

CAPVT III.

De Extractione Magisteriorum ex Marchasitis.

THEORIA. DE Extractione autem Magisteriorum ex Marchasitis dicturi, imprimis innuimus, eas duntaxat

duntaxat in Mineris esse: ideocp quod est Minerale earum, non deduci in Magisteria, sed solas veras Marchasitas: quemadmodum fit etiam in Metallis, quæ et ipsa non prius in Magisteria reducuntur, quàm ab eorũ mineris separata fuerint. Quamuis autem constet ipsas non posse aliâs à mineris suis separari, id tamen in magisterijs commode fit. Genera autem Marchasitarum sunt multiplicia, vt Marchasita Aurea, Argentea, Talk album, Talk aureum, Talk perspicuum, Vismutum, Antimonium, Granati, et plura alia: Magisteriorum tamen extrahendi idem in omnibus modus est, qui omnibus æquè competit. Virtus autem et operatio earum in medicinis metallicam sequitur naturã et proprietatem. Nam etiamsi ipsæ non metalla sint, naturis tamen metallorum appropriatæ sunt. Proinde nihil singulare de eis hoc loco scribemus, sed copiosiorem earum mentionem De extrinsecis faciemus. Differentia autem earum hæc obseruanda est, quòd in particulari non æqualiter ipsæ cum metallis conueniunt, vt Aurum et Marchasita, Antimonium et Plumbum, quæ quamuis in Constellationibus et Fabricatione sui, inuicem æquiparantur: Nihilominus tamen virtutes earũ inter se differunt. Imo quædam Marchasitarum plus virtutis habent,

Minerale Marchasitarum, non transit in Magisterium earum.

NOTA.

Marchasitarum genera.

Virtus Magisterij Marchasitarum.

Metalla & Marchasitæ viribus differunt.

Antimonium, ad Plumbum.

quàm ipsis consimilia metalla, vt Plumbum et Antimonium exempli gratia proferamus in medium. Antimoniũ enim Leprosum sanitati restituit, Morphæam curat, Alopetiam tollit, similiter omnem Scabiem, omnem Cicatricem, Leoninam, Elephantiam, Tiriam, etc. Hæc autem Magisterium Plumbi non facit. Quare in huiusmodi proprietates obseruandas animus intendi debet, quæ non tantum magnis insunt, sed quandoq; etiam in paruis delitescunt.

Proprietas etiam paruis inest.

Exquiramus igitur quanam de causa Antimonium plus viribus potest, quàm suum metallum: causa autem talis est. Antimonium habet corpus quoddam non fixum, quodq; nondum æquè satis digestum est ad suam perfectionem, sicut corpus Plumbi.

Cur Antimonium potiorem plumbo habeat virtutem.

Ex hoc igitur, quod ipsum volatile est, habet assumptam proprietatem. Materia verò eius ex qua componitur, seu generatur, vt nos de Generationibus dicimus, est Spoliatiua et Mundificatiua, ex naturalibus ipsius proprietatibus, quæ in eo eadem virtute incorrupta permanent.

Antimonium est volatile corpus.

Antimonij materia, Spoliatiua, & Mundificatiua.

Hinc igitur est quòd Antimonium purgat Argentum et Aurum plus quàm Ignis, aut vllum aliud elementum.
Hinc etiam illud est, quòd corpus depurat et emũdat, sicut Aurum et Argentum, ab omni inepta et inconuenienti superfluitate eximuntur. Hac ratione itaq;

ne itaq; Magisteriū Antimonij corpus à lepra mūdificat, plus quàm fieri posse p ipsum crederet qspiam. Nec secus de aliis etiam Marchasitæ speciebus iudicādum est: Sed iam ad praxim accedamus, et doceamus ipsarū omniū pparatiões hoc modo.

Recipe Marchasitam in puluerem subtilem reductam, cui tantum aquæ Soluentis affunde vt sex digitos superemineat, solue, et putrifica mensem vnum, quo exacto distilla vnum ab altero, quemadmodum de metallis dictum est, Habebisq; eius Marchasitæ quam recepisti, Magisterium. PRAXIS. *Aqua Solens.*

CAPVT IIII.

De extractione Magisteriorum de pinguedineis substantiis.

MAgisteriorum autem extractio ex substantijs Pinguedineis, vt ex Carabe siue Succino, qđ pinguedo est, similiter ex Resinis et Oleis: quemadmodum in huiusmodi substantijs et materijs pinguedines videmus inesse: ita etiam tres processus habet, per quos quæ pinguedinem habent, in Magisteria rediguntur omnia. Horum vnus est de Succino. Alter de Resinis. Tertius de alijs pinguedinibus, vt sunt, Olea, Sæuum, Aruina seu Axungia, Butyrum, et similia. Huius partitionis causa est, qa

Carabe

Carabe est succinũ.

Carabe non fert extractiones aliarum pinguedinũ, quia virtus eius extingueretur: Sic neq; Resinata ferunt præparationem Karabes, eò quòd esset ipsis nociua, et duceret ea ad interitum. Quare tribus viis extractionem hanc Magisteriorum conficiemus, quùm adeò potentes Pinguedinum appareant virtutes: Et multis in casibus, vbi ne quidem aliquæ Quintarum essentiarum possunt suam efficere operationem, nec iuuare, ibi iuuant pinguedines. Habent enim eam operationem propter virtutem specificam et sibi appropriatam, quæ alijs rebus non æquè perfecta inest, quod quemadmodum de Corallis Gemmarũ respectu intelligitur, ita hic quoq; consideretur oportet. Opus aũt Succini hoc est.

PRAXIS. Carabe.

Recipe Carabem probè contritam in puluerem, cui affunde circulatum in Flaccum: digere in Cineribus sex dies, postea extrahe per distillationem, et iterum redde, tamdiu hoc reiterando, vsq; dum in fundo vertatur in oleum, quod est Magisteriũ Carabes, quod nobis admirabiles virtutes exhibuit, quas nunc intactas relinquimus. Aliæ autem Resinæ hoc modo in Magisteria reducuntur.

Terpentina.

Recipe Terpentinam, siue Gumi, siue Picem, pone in vitrum apprimè luto obductum, digeraturq; per se mensem vnum in digestione Calida.

Deinde

Deinde decoque in vino ardente horæ dimidio spacio, mixto cum aqua Soluente, postea per alembicum Cœcum distilla diem vnum, permitte sic stare, videbisq; aliquot olea separata inter seipsa, ea diuide, et quodlibet eorum in sua natura Magisterium est. Oleorum quoq; eadem confectio est, dempta aqua soluente, Vnumquodq; autem producet suum Magisterium potens in virtute, secundum rationem suæ propriæ virtutis, de qua scribere hic supersedemus. *Olea.*

CAPVT V.

De extractione Magisteriorum ex Crescentibus.

PRo nostra autem loquendi consuetudine, Crescentia vocamus ea, quæ virescunt, et exiccantur, iterumq; reuirescunt, quæq; folia, floresq; proferunt, vt Arbores et Herbæ. Horum itaq; Magisteria dispari ratione extrahuntur, Arborum scilicet alia, quàm Herbarum, cuius discriminis ratio est, quòd hoc quidem sit lignum, illud autem putrefactibile. Folia igitur, floresq; arborum, eandem cũ herbis præparationem habent, solæq; arbores singulari præparationis modo ab his separabuntur. In Arboribus itaq; Magisterij hic ordo est. *Quid Crescens sit.*

Q Reci-

Ligna. Recipe Lignum minutißimè incisum, Impone in ollam vitreatam benè durabilem, et benè clausam, pone ad ignem carbonum horas quatuor. Hanc tandem exceptam putrifica mensem vnum, deinde distilla per Cineres, vsq; ad extremos spiritus, tunc cessa ab igne, ne Magisterium foeteat. Ita ergo habes Magisterium eius arboris, ex qua elicere statueras, cum sapore eius arboris. Hac metho do et Semina, et Radices, itidem et Cortices, et qcquid oleagineum est in sua materiali substantia, potest in oleum redigi. Maius autem latet artificium in his extractionibus quam memoratum aut declaratum est, quamuis processus totus integer ostẽsus sit.

Herbæ, Folia, Flores, &c. Herbæ autem et his similia initio cum Vino ardente permiscenda, mensem vnum simul putrificanda, per Balneumq; distillanda sunt: Post ite rum plus eiusdem speciei herbæ imponendum est, procedendumq; vt prius, donec quantitas Vini ardentis quadruplo minor sit quantitate Succi Herbarum. Hoc verò * distilla per Pellicanum cum no uis additamentis mensem vnum, tandem separa, et habebis magisterium eius herbæ, quãcũq; voluisti.

** Circulatoriè.*

CAPVT VI.

De extractione Magisterij ex Vino.

Iam ve-

IAm verò de Magisterio Vini sermonem faciem9, quòd plurimis supra modum virtutibus claret. Nam, vt nos De Generationibus Vini loquimur, multarum virtutū in terra existentium Natura ipsi Vino indita est. Duplici autem modo Magisterium eius elicitur, quorum tamen alterum nos silentio p̄terimus, quòd eius valde communis processus est, vt in multiplicibus ardentibus vinis videre licet. Præterea autem sunt etiam aliæ plures extrahendi rationes, vt dum adhuc mustum est nouum, dum adhuc feruet: alij terræ ipsum infodientes cētum annos digerunt: quidam speciali artificio sine igne separant: Sed quotquot tandem, et quæcunq; sint viæ, eas nos nequaquam perscribimus, præter hanc solam, quam nos per experientiam habemus, quam nobis declarandam sumpsimus in hunc modum. Sciendum imprimis vinum Spiritum quendam subtilissimum, et exiguum, multoq; phlegmati immersum esse, qui quamuis sit ipsa vini quinta essentia, redigetur tamen in Magisterium ratione plurium operationum et processuum, qui in præparando illi adhibebuntur. Præterea id quoq; obseruandum, maiores illi vino inesse virtutes, quod nullū adhuc ex se Tartarum deposuit: Multa siquidem in Tartaro à

THEORIA.

Extrahendi plures viæ, reiiciuntur.

Canones operationis.

1. Vinum ē spiritus.

2. Quod potentius sit vinum.

Tartarum.

taro à vino deiecto virtus reperitur, et copiosior maiorq́; quàm in vino ipso. Vetusta quoq́; vina

3. *Vetustiora meliora* nouis meliora sunt, quia spiritus vini plus stabilitur et digeritur temporis ratione, quam ante tempus in præcocitate.

4. *Vini dispositio pro opere.* Est autem Vinum hoc quod Magisterio destinatur, in terram frigidam humidamq́; defodiendum, subtusq́; et supra quàm optimè cooperiendum. Sic nanq́; multingentos annos, pluraq́; sæcula durabit, neq́; Tartarum suum deijciet. Verùm de temporis longitudine nihil dicem9, tædiosum nanq́; esset, nisi quòd ad præmeditandũ hoc posuerimus. Neq́; verò Magisterium vini est,

Magisterium Musti. si de musto elicitur, sed magisterium musti. Neq́; etiam artificij est, distillare cum fœcibus et cum phle-

Vinum ardens. gmate, tanquam vinum ardens, eò quòd virtutes

effugiunt à spiritu. abstrahuntur spiritui, et amittit omnem vim, quæ

Acetum distillatum. in sua essentia est, quod fieri non debet. Hoc autem videre licet in aceto acerrimo, quod quò frequentius distillat̃, eò plus de spiritu aceti decedit. Ideoq́;

Regula. summa cura adhibenda est, ne in Magisterijs vlla ratione essentia violetur aut corrumpatur, quin potius multiplicetur, et fortificetur. Porrò neq́; id magisterium fuerit, si absq́; igne separabitur, eò quòd

Spiritus vini cum substantia retinendus. careat substantia. Quare sciendum est in Magisterio spiritum vini cum substantia, et non cum phle-

gmate

gmate retinendum esse. Duæ sunt enim in vino sub stantiæ, Vna substantia vinosa: Altera substantia phlegmatica. Vinosa ea est, in qua spiritus vini est, et ex qua non potest separari. Phlegmatica verò est ipsa fex, et impuritas vini, et, dulcis quædam aqua, quæ nimirum à recta et vera substantia separanda sunt: sicut metallum à sua minera et terra. Nam ita etiam de vino cogitandum est, Fœces et phlegma esse mineram eius, Substantiam verò vini, esse corpus, in quo quinta habitat essentia, sicut essentia Auri in Auro occultè quiescit. Quamobrem secũdum hanc rationationem, praxim huiusmodi statuimus, vt memoriale sit, obliuioni nostræ succurẽs. Ea autem talis est.

Vini duæ substantiæ.
Vinosa.
Phlegmatica.
Vinicum metallis comparatio.
Minera vini.
Corpus vini.

PRAXIS.

Recipe vinum quantò antiquius et generosius habere potes, in Odore, Colore, et Sapore, ad placitum: quod impone in vitrum vsq; ad tertiæ partis plenitudinem, quod Luto Hermetis sigillatum, putrefac menses quatuor in fimo equino calido, ita ne calor fimi deficiat. Quo facto, hyeme intensissimo expone frigori totum mensem, vt omne Vinum in uicem congeletur. Coget enim frigus Spiritum vini cum substantia in centrũ vini, et hoc modo phlegma et substantia vini separantur à se mutuo. Id igitur quod congelatum est sepone, quod vero in-

congelatum mansit, Spiritus vini est, cum sua substantia, quem receptum impone in Pellicanum, et teneto in digestione Arenæ iusto tempore, non tamen nimis calide, * Post excipe, et habes Magisterium vini, de quo nos locuti sumus. Quis vero processus eius sit amplius, quisúe vsus, in libro De Elixirijs annotabimus, nunc hæc attigisse sufficiat. Aliorum verò processuum vini, nõ recordabimur, eo quòd nobis displiceant.

* et in capaci quantitatis eius respectu vase, aliâs, vel sibilum, vel Tonitru cum fulmine faciet, nec vnq̃ postea videbitur.

CAPVT VII.

De extractione Magisterij ex Sanguine.

SVperest vt Sanguinis quoq; Magisterium explicemus, in quo plurimæ vtiq;, et admirabiles omnino virtutes delitescunt, adeò vt facilè adducar, plures inesse quàm nos vel credere, vel inuenire possemus. Cuius causa est, quòd Sanguis ex optimo fonte cordis est, vt de compositione hominis à nobis positum est, in quo nullus est, nec esse potest defectus. Sanguis autem cordis naturam sequitur. Estq; sanguis thesaurus totius naturæ, et omnia in eo viuunt. Cogitamus autem etiam id econtrà, quòd cùm sanguis exit à corpore, eiusmodi virtutes amittere possit, et amittat, tunc enim emoriuntur

COR. Sanguinis fons.

Sanguis emissus moritur.

moriuntur omnes Spiritus, et vires, quæ Sanguinē alunt, et conseruant. Atqui hoc minimum est. Quoniam potest in sua essentia conseruari, sicut nos infra ponemus: hoc autem solum nos consideramus, quòd paucissimi hominum sano viuunt sanguine. Ideoq; meditandum est, Hominem in renouatam essentiam perducere, mediantibus Archanis et Quintis essentijs, vt supra memorauimus, ne sanguis sit corruptus, sed sanus effluat. Quanq; nos in præsenti sermone non solum de Sanguine hominis loquimur, verùm etiam de Sanguine spermatis, quod nos in Secretis nostris ponimus, in quo nullus morbus, nullaq; alteratio est, verùm admirabilis sanguis ex semine humano, quem nos opinamur hic accipiendum, idq; multas ob causas, quarum mentionem non facimus. Itidem etiam loquimur de Sanguine Panis, quo etiam simili modo vtendum est. Non potest nanq; negari, quin virtutes sint in pane, quarū secreta nos assequi non possumus, neq; assequi tentamus. Ex his autem optime intelligitur omnium aliorum quoq; potuum et Comestibiliū ratio: Quibus sanè omnib9 inest sanguis, quamuis eum nobis visibiliter cernere non liceat, sicut nec in pane: Et tamen per putrefactionē æquè in sanguinem vertitur vt in stomacho et Epate. Eadem

Renouata essentia.

Sanguis spermatis.

TSI. TACE.

Sanguis Panis.

te. Eadem ratione omne id quod Comestibile est in sanguinem vertitur per artem sicut in corpore per naturam. De huiusmodi sanguine nos orationem nostram prolixius non extendemus, cùm sciamus nullam nos ab omnibus gratiam ralaturos, nisi à nostramet persona. Quiescemus igitur hic et dormiemus interea, vt iucundo tandem cum insomnio expergiscamur. Vt verò de his generibus Sanguinis dicamus, tantum quilibet potest in sua virtute, quantum habet virtutis. Ex bono nanque multum boni promanat, quod nobis semper expendendum est. Neque solùm de Sanguine Comestibilium loquimur, sed etiam de Sanguine potabilium, quæ æquè corporibus nostris sanguinem generant et præbent. Possunt autē optimè, et Quinta essentia, et etiam veluti Archana quædam ex Sāguine extrahi, cuius nos mentionem non facimus, sed tantum de Magisterijs orationem instituimus, quam hoc modo concludimus.

Sanguis potabilium.

Recipe huius Sanguinis, pone in Pellicanum in Balneum, et permitte reascendere, donec tertia pars vitri pellicani, totum pellicanum impleat. Quilibet enim sanguis in sua rectificatione dilatat sese secundum quantitatem, et non secundum pondus. Hoc autem transacto tempore rectifica per

Balneum,

Balneum, exibitq́ phlegma ab ipso, residuum autem Magisterij manet in fundo. Hoc distilla nouē vicibus per retortam, cum Sigillo Hermetis, sicut in libello nostro De Præparationibus docemus, et sic habes Magisterium Sanguinis. De quo hactenus.

ARCHIDOXIS EX THEOPHRASTIA PARACELSI MAGNI.

LIBER SEXTVS.

De Specificis.



DEINCEPS verò ad tractationem De Specificis scribendam accedemus, in quibus perinde plurimæ latēt virtutes dignæ admiratione, quæ quidem non ex naturis eorum suam ducunt originem, quòd eæ aut calidæ sint aut frigidæ; verùm exclusis his omnibus vnam peculiarem natu-

THEORIA.

Specificorum à proprio descriptio.

arem naturam et essentiam habent, vt pluribus in locis meminimus. Huiusmodi itaq; Specificũ, ab extra suam sumit originem, vt cum lignum ex iniecto in ipsum igne vrit, non quidem vrere hoc ex natura ligni est, quæ est Lignum esse, sed ex concepto igne. Ita etiam Specifica hæc oriuntur ex mutua cõiunctione, vt cum Mastyx et Colophonia simul digesta fuerint, fit ex horum compactione Attractiuum, quod neutri illarum per se inest: Aut cum Terpentina per coagulationem vertitur in lapidem, q æquè ferrum vt Magnes attrahit, Aliaq; sunt huius generis plurima, quæ diuersis vijs eiuscemodi virtutes ex compositione eorum, et ab extra habent.

Natura ligni est lignum esse, non vrere.

Mastyx & Colophonia.

Terpentina in lapidem.

Helleborus.

Sic Helleborus cõpositus ex liquore lapidis et terræ, ex horum duorum copulatione seu commixtione suum habet Specificum purgatiuum: perinde vt Cærasa, Oleum, et Acetum, post simul factam digestionem Laxatiuum fiunt, et sunt: quorum tamen nullum ex suaipsius natura Laxatiuum est.

Cerasa, Oleum, & Acetum.

Quapropter eiusmodi Specifica, à propria natura, ex propria compositione elementorum, et de prima materia veniunt et pululant, Quemadmodum et Colores, qui non ex frigido aut humido veniũt, sed ex compositione: vt cum ex Galla et Vitriolo atramentum fit, quorum neutrum nigrum est: aut

ex Sale

ex Sale armoniaco et vrina niger color, quæ ambo sunt alba. Hac itaq; ratione Specificorum quoq; origo planè se habet, Quædam verò quæ ab intra talem in se virtutem recipiunt, in omnibus herbis fieri possunt, nec cogitandum est in vno duntaxat fieri genere. Vt Magnetis, vbicunq; tandem nascatur, virtus est Attractiua: Coloquintidos purgatiua: Papaueris Anodina, quod quidem venit ex ea quæ in ipsis est Compositione: ex qua videlicet omnis Magnes attractiuus est, omnis Coloquintis purgatiua est, etc. Atqui in Specificis ab extra, non eodem modo se res habet: vt cum Silex arenarius vel nitidus hic quidem Magnetis in se vim habet, alter verò eiusdem generis, minimè: nunc nimirum in hoc Specificum externum est. Quod quamuis raro eueniat, attamen frequenter inueniuntur herbæ, quibus peculiaris quædam natura inest, quæ in aliis eiusdem speciei herbis non habetur. Multa quoq; huius generis Specifica, ex influentia adueniunt: Verùm nō est præsentis negocij definire, veniátné ex influentia, necné, ideo de his non loquemur, sed aliâs suo loco in Philosophia mētionem eorum faciemus.

Specifica ab Intra: id est, ex Virtute elementali, totius speciei.

Specifica ab extra: Kißling.

Virtus indiuidua.

Virtus Cœlestis.

Specificorum genera.

Specificorum autem multa sunt genera, vt Odorifera, quæ originem sumunt ex compositione et di-

I. Odoriferum.

 gestio

Vitriolum cum nitro. destione: quemadmodum aqua Vitrioli cum Nitro distillata odorem Musci spirat, quorum tamen nulli vllus odor inest. Sic plura alia sunt, quæ cùm nullũ initio habeant odorẽ, nobilem tandẽ redolẽt, vt *Rosæ, Lilia.* Rosæ et Lilia, quibus nec ipsis initio gratus inest odor, sed labore, digestione, et separatione in huiusmodi gratum odoris spiraculum deueniunt. *Stercus Vaccinum.* Nam et Vaccinum stercus quod ex se malè olet, si eleuatum fuerit, odorem ambræ spirabit, quod verò in fundo manebit, peius quàm vllum stercus humanum fœtebit. *II. Narcoticum.* Sunt præterea alia Specifica Narcotica, quæ sudores prouocant, quod etiam ipsum ex earum componendi virtute sumunt. Atq; veluti cùm ignitus carbo in recentis terræ glebam proiectus fuerit, protinus ipsa vaporem exhalat: Sic etiam *Zinziber.* postquam Zinziber in corpus venerit, exardescit in ipso, et instar calcis viuæ, quæ aqua perfunditur, emisso calidissimo vapore extinguitur.

Hæc Zinziberis virtus ex sua acredine est quam habet in se, quæ caloris elemento instar lapidis coagulatur, qui nouissimè mediante igne ad tantum caloris excessum perducitur. Vnumquodq; enim Nar- *Calx liquoris terræ* coticum est calx liquoris terræ, vt de Generibus eo- *III. Purgatiuum.* rum posuimus. Similiter autem et Purgatiua ex hac compositione veniunt. Nam Reubarbarum

quoq;

quoq; calx est, sed cum tali discrimine, quale Tartarum habet, quod si fuerit calcinatum, resoluetur in aquam, in loco humido, secumq; resoluet quicquid de liquidis comprehenderit. Idem etiam de Rheubarbaro et alijs purgatiuis intellige, quorum origo est instar Calcis terræ, sed varia forma et ratione. Quædam enim resoluunt Choleram secum, vt Rheubarbarum, estq; simile Tartaro calcinato: Quædam resoluunt Phlegma, vt Turbith:* quod est ex ea causa, qua ipse secum soluit Realgar, et præterea nihil: Alia Melancholiam, vt Sena, quod Nitro asimilatur, quod secũ ladipes resoluit, præterea nihil: Alia Sanguinem, vt Manna, quæ Arsenico similis est, resoluenti secum sublimata. Hoc itaq; modo, quem nunc retulimus, harum rerum inter se differentiæ distinctæ sunt. Inter specifica sunt verò et Confortatiua, quæ et ipsa ex Compositione veniunt, quemadmodum sperma quod imbecillum quiddam est, per naturam verò ex prædestinatione sua fortificatur, et Gygãtem producit. Itaq; Confortatiuum prædestinatio est, quãtum ad prædestinationem compositionis. At Chameleon albus, seu Carolina, aliam habet originem. Itaq; attrahit in se virtutes aliarum radicum, et priuat eas facultatibus ipsarum, quas omnes vna ipsa retinet:

Tartarum. *Rheubarbarum.* *Rheubar: Tarta:* *Turbit. Merc:* ** estq; simile Mercurio.* *Sena. Nitrum.* *Manna. Arsenic.* IIII. *Confortatiuum.* *Karlina.*

quemadmodum Sol, qui arboris cuiuſpiam humi-dum in ſe attrahit, ſicut de Generatione rerum clari us dicimus. Atq; etiam Mundificatiua in Specifi-corum ſunt numero, quæ ſecundum ipſorum com-poſitionem ita coniunguntur, vt mundificent, quẽ admodum cum calx terræ iterum tranſmutatur, et digeritur in aliam formam per liquidum aliquod, vt Reſinam, aut Mel, aut Gumi, aut Picem. Hu-iuſmodi alteratiões similes ſunt Floribus Veneris, quibus initio purgatiua vis ineſt, quam calci ineſſe conuenit, poſtea redduntur ſtiptici per ignem, reli-ctaq; vi purgatoria, mundificatiuam aſſumunt.

V. Mundificatiuum.

Flos Veneris.

VI. Corroſiuum.

Alia autẽ ſunt Corroſiua ſpecifica, quæ Sales ſunt, aliquando calcinati in terra, aliquando in ſubſtan-tia, aliquando in materia, quemadmodum de Saliũ generibus expoſuimus. Multæ præterea ſunt ſimi-les rerum proprietates, vt fuſius de proprietatibus rerum, et de Generationibus earum dictum eſt à no bis, nunc autem hæc commemoraſſe docendi gratia ſufficiat. Nam quòd alia ſint etiam dura et ſolida, alia mollia, nihil hic attinet dicere. Noſtra enim Ar-chidoxis non de toto tractat principio, ſed de Spe-cificis, eorumq; confectiõe in ſummis gradibus Na turæ. Ad hæc igitur conſideranda animum adijcie-mus, proponentes nobis ob oculos experientiam.

Neglige-

Negligemus autem et reijciemus angulistas côcio-natores, qui multa de Deo garriunt, quorum reuera nihil intelligunt, tanquam Hypocritæ inter cyaneum et nigrum. Ipsi nanq; harum scientiarum annexi ex professo sunt hostes, venditantes se in ipsorum cappis et cucullis præ gloria mundi, Cùm reuera nihil sint, nisi fabulantes et cauillantes, multis implicit i nugis inutilibus, vt vtroq; supportentur humero, et latè splendeant: præsupponunt se acutissimos esse, cùm sint stulti nati, moriones, et hominū seductores nequam, ob temporalia duntaxat bona. Iam igitur porrò Specificorum doctrinam proponemus, prout nobis in vsu sunt: Doctores autem Vniuersitatum, qui nihil præter legere et accipere norunt, nostra inuadere non patiemur. *Theologastri taxantur indocti.*

CAPVT I.

De Specificis odoriferis.

INitium autem dicendi De Specifico odorifero faciemus, qua via et ratione ipsum scilicet constituendum sit, et potissimum in virtute et efficacia.

Est autem Odoriferum Specificum, materia composita, quæ morbum infirmi depellit, sicut Sibeta propulsat stercora cum suis fœtoribus. Permiscetur enim Specificum cum sapore malo, vt Sibeta cum fœtore *Odoriferum quid. Sibeta.*

fœtore ſtercoris, nec poteſt fœtor ille quicquam nocere, neq; permanere omnino, ſed penitus tingetur, vt quantum antea fœtebat, tantumècontra boni iucundiq; odoris habeat. Non igitur verendum eſt, quòd odor bonus, malum ſecum introducat, ex quo ſiniſtrum quippiam eueniat, cum planè transſmutetur, quod nos multis in locis probamus. Ideoq; frequenter Muſco * ſtercus addi contingit, propterea vt magis penetret ſcilicet, quàm Muſcus, multoq; citius ad eum locum perueniat, ad quem nullum Lilium cum ſuis operationibus. Manifeſtum enim eſt malum odorem plus ſentiri quàm bonum. Atq; etiam Tyrus æquè in Tyriacam aſſumitur penetrandi gratia, in præcipua et ſumma membra, cum virtutibus aliorum: quod itidem de hoc quoq; Specifico intelligendum eſt. Eſt ergo virtus Specifici odoriferi, infirmitates fugare, et eas ſanare, ſi ægroti medicinas ſuſcipere non poſſunt, vt fit in Apoplexia, aut Epilepſia. Multiplices nanq; odores ſunt, qui Epilepticum exuſcitant, multi qui Apoplecticum. Non tamen quòd exactè eos curent: ſed quòd viam ſternant, et præparent. Illa ſiquidem virtus quæ per odorem infunditur corpori commouet ſanguinem, tranſadigit cor, refocillatq; plus quàm ſcribi poteſt. Quapropter componemus vnum Odoriferum,

* Huius etiam Platearius meminit.

Tyrus ſerpens.

Odoriferi virtus.

doriferum, ex quo fundamentum capere nobis liceat componēdi contra alios omnis generis morbos: quod quidem tale est.

Recipe Liliorum alborum, Anthos, Basiliconis, * Carbo^m, Rosarum, ana manipulum vnum. Spicæ manipulos duos. Contundantur grosso modo in pastam oui, addantur succi Arantiorum, duo ferthones, id est, vnciæ quatuor, compone simul in Pellicanum, et digere mensem vnum, postea vel manibus, vel quod melius est pressarijs separa à fœcibus, et iterū repone in Pellicanū addendo sequētia.

* Gariophilatæ vel Gariophilorū.

Recipe Macis, Gariophillorum, Cinamomi, ana vnciam vnam, Ambræ vnciam semi, Musci drachmas duas, Sibetæ vnciam vnam. Contere terenda, et impone in prædictum Alembicum, ac Mensem vnum iterū digere in equino, Postea adde Gūmi Arabici dissoluti vnciam semi, Tragachanti vnciam vnam, etiam dissoluti, permitte hoc modo clauso vitro indurari cum clareto albuminum ouorum, cumq; videris instar vitri compactum esse, frāge vitrum, et excipe lapidem, quod est Specificum odoriferū, de quo nos scripsisse hæc sufficiat: quāq; bonum esset addere Aurum potabile.

CAPVT II.

De Specifico Anodino.

ADhunc autem modum etiam de Specifico Anodino loquimur, ad quod multæ arduæ atq; speciales causæ nos impulerunt. Obtigerunt nanq; eiusmodi quandoq; morbi, in quibus omnia Archana nos deseruerunt, et solum Specificum Anodinū omnia miracula compleuit, Neq; huius nos capit admiratio, cum videamus ab Aqua Ignem extingui. Nam et hæc Anodina morbum extinguunt, idq; pluribus etiam alijs de causis, quod nos præsentibus quiescere permittimus: Quod enim quiescit, non peccat: et quod dormit, nihil incommodat naturaliter, secundum cursum naturæ. Si Paroxismus dormit et soporatus est, nullum sui sensum præbebit. Si verò non sopitus vigilauerit, labores suos opere complebit. Hinc igitur consolationem nobis capere licet, quòd plurimas anxietates somno excuti videamus, multaq; somno finiri constet. Obseruabis tamen non hominem dormire debere, sed morbum sopiri: ideoq; nos Specificum facimus hac sola contra morbum intentione et causa, vt cum in febribus vsus eius non autem in pleno homine intelligatur. Distinctè igitur dicimus, In pleno quidem homine, mortale: in pleno autem morbo, vtile ac salubre esse. Ad morbum itaq; accedimus, ipsiq; id addimus,

Anodini proprietas.

Anodinum in pleno morbo.

dimus, cuius gratia nihil omnino agat in corpus, sed nec agere quidem posit. Hoc autem Specificũ ita se habet.

Recipe Opij Thebaici drachmam vnam. Succi Arantiorum, Citoniorum, ana vncias sex, Cinamomi, Gariophilorum, ana semunciam, tere omnia subtiliter, et misce: Impositaq; omnia in Vitrum cum suo coopertorio cœco, digere in Sole vel fimo mẽsem vnum, Post exemptum, et expressum repone iterum ad digestionem cum sequentibus.

Recipe Musci scrupulum semi. Ambræ scrupula iiij. Croci vnciam semi. Succi Corallorum, Magisterij Perlarum, ana scrupulum vnum et semi: Commisce simul, et completa mensis vnius digestione, Adde Quintæ essentiæ Auri scrupulum vnum et semi. Misce, et habes Specificum Anodinum, quo cũ omnes dolores adimuntur et sedantur, intus et foris, neq; vllum amplius membrum torquebitur.

CAPVT III.

De Specifico Narcotico, siue Diaphoretico.

EAdem methodo verò etiam de Narcotico Specifico oratiõem nostram instituemus, per quod scilicet, omnis infirmitas, quæcunq; ratione naturæ proprietatisq; suæ expelli sanariq; per sudores potest, su- *Finis Narcoticorum.*

test, supra omnes alias medicinas, huiusmodi Narcoticis excellenter expellatur: Quùm videlicet per Narcotica, omnis infirmitas frigida calefiat, et æstuet, ac tali in calore, æstuq; curetur. Sepius enim nobis euenit, quòd viginti annorum * Cassatum per Narcoticum specificum sanitati restitutum est. Multiq; alij etiam præterea morbi, quorum sedes inter cutem et carnem, similiterq; in medullis est, Vbi nulla Quinta essentia, nullum confortatiuum iuuare poterat, ob eã quidem causam, quod nullum cordi inest robur, quod tantæ sit potentiæ, vt posit Cassatum expellere, nisi adsit solum Diaphoreticum. Nam quemadmodum calor Solis penetrans lapidem congelatum calefacit, et durissimas quasq; Styrias et glaciem dissoluit: Itidem Diaphoreticum quoq; suam perficit operationem in ijs, quæ nulla alia vi, quantumuis bona, quantumuis nobili excalefieri possunt, Vt Flammula, calida quidem herba est, non tamen caliditas eius vel minimum punctũ caliditatis Solis attingit. Est ergo magna inter Diaphoretica et Calida, differentia. Componemus igitur Specificum Diaphoreticum, in quo virtutem Diaphoreticam complecti et comprehendere statuimus. Eius autem modus sit hic.

Infirmitas frigida.

** emortuum veluti, & functione naturali carens.*

CORdis virtus debilis.

Solis calor.

Flammula.

Recipe Zinziberis libram, Piperis longi, Nigri,

ana vnci

ana vnciam semi, Cardamomi, drachmas tres. Granorum Paradysi vnciam vnam. Tere omnia simul in puluerem, quem cum semuncia Camphoræ optimè molitam et mixtam, impones vitro, et super infusis Aquæ Soluentis vncijs duabus, sigillatoq; vase vitreo, permitte stare in Arena, vsq; ad consumationem suæ digestionis. Post separata ab eo Aqua soluente, putrifica mensem vnum, et circula hebdomadam vnam, postremo expressum serua. Hoc enim supra q; credibile est, vim suam Diaphoreticam perficit in cassatis membris, et tabificis infirmitatibus. Atq; sic finem eius sermoni faciamus.

CAPVT IIII.

De Specifico Purgatiuo.

VT autem de Specifico Purgatiuo nobis agendum suscipiamus, quamuis in hoc negocio, Complexionem, aliaq; eiusmodi quædam obseruare conueniat: nostrum tamen in hoc ponimus fundamentum, vt ea accipiamus in compositionem huius Specifici, quæ id quod insalubre est, adimunt: Neq; particulariter, vnum hoc adimunt, aliud verò non: sed in commune, malum omne noxiumq; expurgant. Vnde sanè percipere datur, Omnem Choleræ superfluitatem ac vitium, expelli: omne peccans phlegma,

Fundamētum purgatiuorum.

gma, eijci: itidem omne Melancholiæ, Sanguinisq; vitium. Similiter verò et Apostemata, aliasq; putredines, quæ secundum complexionem purgari nequeunt, neq; vllam per purgationem resolui possunt (quarũ plurima genera sunt) hoc eodem Specifico laxari. Intentionis itaq; nostræ scopus est, materiam duntaxat peccantem extrahere, siue ea sit putrida, siue non: siue Apostema: Siue Complexio, siue cuiuscunq; permixtionis deliquium. Neq; verò propositum est nobis, longam Titulatorum Medicorum prædicationem in Vniuersitatibus sequi, sed potius sanitatis curam habere, in eamq; incumbere. Harum autem in numero rerum est Tartarum, cuius natura, vis, et proprietas est, omnem in vniuersum putrefactionem tollere: non in vnam aliquã speciem vel Choleræ, vel Melancholiæ, vel Phlegmatis, vel aliam quampiam similem duntaxat diuidi et declinare: Sed omne id, quod superfluum, q̃d inutile, quod corpori noxam afferre posit, auferre, et consumere. Similiter autem etiam Vitriolum, omnia huius generis, quæ plurimarum infirmitatũ causæ et origines sunt, expurgat. Vbi sanè cogitare debemus, Coloquintida non omnem Choleram purgare, neq; id omne quod ex Cholera prouenit: » nec etiam Rheubarbarum hoc facit: nec Turbith, omne q̃d

Intentio purgatiua quæ.

Tartarum.


Vitriolum.

omne quod ex Phlegmate venit, accipit, nec euacu- "
at: Neq; Lazuli omnia Melancholiæ impedimenta "
expellit: Neq; Manna sanguinem cõtrarium expel- "
lit totum, Sed ista duo, (quia plura alia hic non assi- "
gnata,) faciunt principaliter in his omnibus putre- "
factionibus, et superfluis fœcibus coporis, quas vn- "
decunq; consumunt, et purgant, sic vt aqua abluit "
pannum, et sicut Sapo omnes linos clarificat, de nõ "
curante impedimento cuiuscunq; naturæ, vel vnde "
proueniat: sed sigulariter accipit insimul. Et ita Spe "
cificum pharmacum ponamus, quod ad nostrũ sen- "
sum iam dictum: vt sic. "

Recipe Tartari Magisterium, et Magisterium "
Vitrioli, Commisce simul in vnum, pone ad æquas "
partes Quintæ essentiæ Croci, et ad digestionem in "
Pellicanum, in Arena per mensis spacium, Deinde "
serua. Hoc est Pharmacatum de quo dixi, de cæte- "
ris necessarijs, ab eruditis fortasis magis intelliges. "

CAPVT V.

De Specifico Attractiuo.

SImili autem ratione etiam de Specifico Attra- ctiuo scribere incepimus: quòd Attractiuũ Spe cificum trahit ad se omnes superfluitates, quæ sunt in corpore, et *  //  Neq; de hominibus solis in-

* *Cancro, Fistulis, Vlceribus manantibus seu Estiomenis.*

ſolis intelligendum eſt, eos ſolos hac ratione purgari poſſe, verùm etiam Arbores et Herbas, à ſuis ſuperfluitatibus morbidis. Nam et herbæ et vegetabilia, ſicut et homo, ſuas habent infirmitates, ideoq; ipſis etiam nata ſunt medicamina, vti memorauimus de Anthos. Quod ſi enim defectu quopiam laboret Anthos, neq; rectè vegetetur et ſuccreſcat, Magiſterium Vitrioli ab impedimẽtis omnibus ipſum abſoluit, et mirabiliter creſcere facit, ſicut de plantis ſcripſimus. Atq; hic concludimus * [symbol] [symbol], Et quicquid corpori inhæret, Tum etiam quicquid in corpore introrſum eſt, poſſe ad exteriora attrahi, quemadmodum pleriſq; in locis à nobis poſitũ eſt, Quòd ſcilicet per ſpecifica attractiua, omnis impuritas quæ toto in corpore fuit, extracta eſt, cùm plurimis ſtupendis indicijs. Similiter quædam Attractiua Specifica, carni appropriata, non ſecus, centenarium pondus carnis attraxerunt ad ſe, quàm quomodo Magnes trahit ferrum. Contigit autem nobis eiuſmodi quoq; videre Attractiuum, quod pulmonem ex corpore in os attraxit, et ſic ſuffocauit. Aliud autem Specificum attractiuum, quod orbem totumq; corpus oculi, ad nares vſq; attraxit, donec impediẽte cute nuſquam amplius procedere poſſet. Non enim ſolius ferri ſunt attractiua, verùm etiam

Herbarum & Vegetabilium infirmitates.

Anthos.

** Fiſtulas, Cancrum.*

Attractiuum carnis.

Attractiuum pulmonis.

Attractiuũ oculi.

Attracti: lignorum, &c.

lignorum, herbarum, carnis, aquæ, &c. Vidimus siquidem Emplastrum, quod pleni Scaphij aquã ita attraxit, vt aqua ab Emplastro, veluti à tecto deflueret. Sic nanque et Plumbum, et Cuprum, et Stannũ, et Argentum, et Aurum, attrahi possunt, per compositionem cum Attractiuis. Quandoquidem possibile est, per attractiuum, ramum ab arbore auellere, aut Bouem integrum eleuare, Aliaque etiam plura sunt huius generis, quæ nos in secretis nostris, tãquam thesaurum reposuimus, Vt nobis admirari liceat eum, qui hæc omnia vsque adeò supra modum mirabilia creauerit, cùm tanta sit plurimarum rerũ copia, quæ varia, multiplicia, atque incredibilia præstant virtutum indicia, longè supra naturæ, ad quẽ ipsa per se deuenire potest, gradum et excellentiam. Proinde nonnullas virtutes attractiuas proferemus in medium quò ad * corpus, ex quo malum extrahendum est, et à bono separandum. Vsus autem Specifici huius fuerit, vt ad emunctorium apponatur, vbicunque tandem defectus, siue morbus conspiciatur. Atque etiam si vlcus manans præsto esset, tanque pro emunctorio habeatur. Similiter quoque si Glandulæ, aut Tuberositates, vel Napta fuerit, emunctorij vice censebitur, primùm tamen aperiendum erit. Experientia enim nobis constat eiusmodi attractiuum pe-

Attracti: Aquæ.

Attractiua Metallorum.

NOTA de acu per acum in magnete.

Attra: Arborum.

** humanum.*

uum pestilentiam extraxisse, plus quàm nos, pro memorialis nostri ratione scribere deceat, ita vt quantumuis grauissimè æger decubuerit, nullus tamen ex ea mortem oppetierit. Est autem nostri attractiui Specifici hoc receptum, seu Descriptio.

Recipe Quintæ essentiæ Gumorum in genere omnium, ana * ferthonem vnum, Magisterij Magnetis, ferthonem semi, Elementi Carabe ignei libram vnam, Elementi Ignis de Mastyce, Myrrha, ana ferthonem vnum cum dimidio, Elementi Scammoneæ vncias decem. Misce simul, et confice ex eo cum Gumi, Cera, Thragantho, et Terpentina, Cerotum, quo vtaris modo supradicto.

* *quartam libræ partem.*

CAPVT VI.

De Specifico Stiptico.

NVnc porrò de Specifico Stiptico dicendum ē, quòd plures multò in se virtutes continet, q̃ȝ de rebus communibus æstimare quis posit. Cùm enim subinde occurrant nobis naturæ miracula, et tàm stupendi rerum effectus atq; proprietates, tanta lætitia suffundimur, vt exardescamus non cessare, quin de omnibus his quæ nobis euenerunt, Memorialia statuamus, eaq; annotemus.

Quanq̃ȝ fortasis à veteribus quoq; Medicis et Philosophis

losophis scriptum sit, quod tamen nobis non constat, De Natura Rerum: tamen non eorum cœcitas nos impellit ad scribendum, sed magnalia Naturæ, quæ nobis præ manibus sunt, et planè vltro in manus nostras incurrũt, quorum respectu veteres tãq; cœci reputantur, vt multis in locis meminimus, eorumq; labores admiramur. An verò non admirabimur ea quæ tantæ virtutis, et tantæ cõsolidationis Stiptica sunt, et quorum in suis Quintis essen: in suis Archanis et Magisterijs tãta est efficacia, vt absq; omni igne, duo ferri frusta in vnũ consolident adeò tenaciter, vt nullo modo inuicem auelli possint, fortiusq; cohæreant, quàm si per ignem coaluissent. Sic etiam Cuprum Cupro adstringitur, vt neq; in igne, neq; in aqua deinceps separentur eo in loco vbi partes consolidatæ sunt. Simili ratione et in Lapides est Stipticum attractiuum, quo tota lapidum congeries in vnum saxum consolidatur, vt solidus Scopulus, ex pluribus lapidibus efficiatur, et coalescat. Itidem quoq; per eiusmodi Stiptica, Arena et Calx in perpetuam indissolubilemq; compactionẽ, supra omnem Marmoris soliditatem perducuntur. Quod cum in duris ita sit, exempla iam aliorum etiam proponamus. Vidimus enim folia folijs per stiptica ita coalita, ita inuicem annexa, vt non nisi vni

Magnalia naturæ vltro se offerunt ea experienti.

Stipticum ferri.

Cupri.

Lapidum.

Arenæ, & Calcis.

Foliorum.

us plantæ reputarentur esse, vt Lilij folia, cum foliis Rosæ in vnum compacta. Sic etiam fabri si quid ignitum, cum stiptico solidarunt, adeò fuit stabile, àcsi æris collam adhibuissent. Sed etiam os ipsum per Stiptica contrahi vidimus, vt necesse fuerit tandem per instrumenta diducere, et auellere labia inuicem, non sine laceratione et sanguine. Sed etiam Anum eodem stiptico, ioci risusq; gratia quidam ita contraxerunt, vt vrgente necessitate, manuum et digitorum auxilio eius exitus aperiendus fuerit.

Oris.

Ani.

Perinde autem etiam in vulneribus, et Ruptura vesicæ, constrictiuum factum est, quod eodem modo, neq; mea, neq; eorum qui fecerunt ætate apertum vnq; est. Atq; si stipticum hoc materialiter ad cutē vel nudam carnem venerit, ita ei coalescit, vt sine putredine separari nequeat, eò q nulla aqua possit mollificari. Multæ sunt verò præter has Stipticorū Specificorum virtutes, quas in præsentiarum negligimus, quantumq; medicinam duntaxat attinet, tale Stipticum Specificum proponimus.

Vulnerum, Ruptura Vesicæ.

Recipe Quintæ essentiæ Boli, Quintæ essentiæ Ferri, Quintæ essentiæ Calybis, ana libram vnam, Digere simul inuicem mensem vnum in Cineribus. Post imponatur Accatiarum exiccatarum libra semi. Hoc vtere in his quæ ad corpus spectant. Hoc

enim est

enim est Specificum Stipticum, cui quantum ad corpus, nihil simile indagari potest: Adeò potenter solidat et in vnum contrahit, ex natura siccitatis suæ nimiæ, vt fidem exuperet. Ideoq́; Specificum Stipticum est, quod Stipticum sit supra omnia.

CAPVT VII.

De Corrosiuo Specifico.

PAri ratione itaq́; etiam de Corrosiuo Specifico scribendum ducimus, quòd in eo quoq́; multæ stupēdæq́; naturæ ac virtutes sint. Specificum nãq́; corrosiuum, admirabiliter in summos gradus, respectu Corrosiui veterum, exaltatum est. Corrosiui enim est, rem quampiam instar ignis absumere, vti Specificum Corrosiuum quod metalla in nihilum absumit, ita vt nullum amplius in eis corpus reperiatur, sicut in ligno quod igne consumptum est. Quamuis autem etiam per aquas fortes, eiusmodi absumptio fiat, tamen metalla in suo pondere inq́; sua essentia, permanent incorrupta, ita vt denuo in primum corpus et materiam reduci possint, quod non fit per specificum corrosiuum. Causa verò est, quia nulla porrò materia hic restat, quæ vlla ratiōe ad suum pondus, aut ad naturam metallicam posit iterum redire aut reduci: Sicut Cinerem impossibile est de-

Corrosiui proprietas.

In Metallis.

Aquæ fortes.

Cinis.

est denuo Lignum fieri, et in naturam ligni reuerti. Sciendum autem Corrosiuum Specificum ea ratiõe in corpus quoq; et carnem agere, vt illi nihil valeat comparari. Adeò quippe celeriter virtus eius cutẽ penetrat, ac si pugione transfigeretur. Hanc autem ob causam inter medicinas referimus, qa multa plerunq; adulterina, mala, et putida caro præsto est, multæ tuberositates et excrescentiæ in corpore, multa foramina, vt Fistula, Cancer, Scrophulæ, quæ omnia possunt post hoc corrosiuum sanari. Est. n. in eo virtus stiptica cum maiori efficatia. Ideoq; ad sanãdum quoq; admirabilem et singularem proprietatem habet. Quanq; rectius fortasse Ignis vocari debuerat, quàm medicamen, eò quòd deuorat catenas, et conterit seras, plus quàm scribi oporteat. Ideoq; receptum ipsius hunc in modum breuibus describemus.

In Carne & Corpore.

Corrosiui vsus in medicina.

Recipe aquæ fortis à capite mortuo rectificatæ libram vnam, Mercurij sublimati ferthonem medium, Salis armoniaci vncias duas. Misce simul, permitte consumi, post admisce ei aquam Mercurialem in æquale pondus, et obserua. Huius Corrosiui nullus Adamas vim effugiet, quanquam etiam de Neruis et de Arterijs hæc intelligi posint, quodq; per huiusmodi corrosiuum, tota cutis excoriari queat,

nouaq;

nouaq́ʒ induci, vt fieri debet in Lepra, in Morphea, in Serpigine, in Lentigine, et in Pannis faciei, quæ omnia per hoc Specificum corrosiuum curari possunt. Verùm tamen acrimoniæ eius causa, non sic eo vtimur, sed adhibemus mixturam ei, qua tandem cutis abluenda est: atq́ʒ sic malum decidet, et caro nuda remanet, quæ tandem more consueto curari debet. Mixtura autem huiusmodi est.

Recipe succi Flammulæ libram vnam, Cantharidum ferthonem medium, prædicti ignis gehennalis drachmas duas, commisce simul, et vtere eo vt præscriptum est.

CAPVT VIII.

De Specifico Matricis.

REstat vltimum huius libri sermonem itidem de Specifico Matricis facere, eumq́ʒ pluribus distinctum rationibus: vt omnibus defectibus, in quibus vterus delinquere potest, respondeat. Nihil aũt hic de Elementis loquemur, vt de calefacienda matrice, aut refrigeranda, hæc enim omnia per Magisteria et Archana facienda sunt. Nos autem duorũ hic mentionem faciemus Specificorum, Vnius in suffocatione Matricis: Alterius in Menstruis prouocandis aut restringendis. Sic enim cẽsendum est, *Suffocatio Matricis.* *Menstrua.*

Suffoca-

Suffocationem non posse aliter, quàm per hoc Specificum * renouari, quamuis neq; elementetur, neq; in id præparetur, sed tantummodo in forma et natura sua communi prout nascitur adhibeatur. Hoc autem est Ficus cutis, cuius fumus, statim vt p vuluam recipitur, subito morbus fugatur, cuius sanè maxima nos habet admiratio, ratione tam vilis et abiecti simplicis. Nam si præparetur, amittit essentiam fumi, in quo solo tota virtus consistit.

* romoueri.

Ficus cutis.

Ad prouocanda autem menstrua Specificum est ex splene bouis castrati, reducto in Magisteriũ aut Quintam essentiam, cuius prouocatio tàm in vetulis quàm in iunioribus præstantissima est.

Ad restringenda autem eadem, ponimus Quintam essentiam Corallorum, aut elementum Ferri, vel Ferrum potabile, quod mirabiliter supra omnia alia restringit.

Cœterum quamuis plures huiusmodi proprietates nobis describendæ essent, quod facere in his Archidoxis nostris laboriosum vtiq; nobis esset: tamẽ scire conuenit, eas omnes in prædictis hisce comprehensas esse. Vt Constrictiuum, Incarnatiuum, Conglutinatiuum, comprehenduntur sub Specifico stiptico: Laxatiuum, Mundificatiuum et similia, sub Purgatiuo: idemq; de alijs intelligẽdum. Vt et De-

opilatiua

opilatiua inter Purgatiua et Attractiua censenda sunt. Atque hunc in modum huic libello de Specificis finem imponimus, quæ omnibus cum necessarijs sufficienter annotauimus et declarauimus, vt obliuioni præueniatur. Porrò Confortantia in singulis capitulis commemorata sunt.

ARCHIDOXIS EX THEOPHRASTIA PARACELSI MAGNI.

LIBER SEPTIMVS.

De Elixirijs.

THEORIA.



*VEM*admodum autem de alijs, superioribus in libris locuti sumus, medicinis, ita nunc animus est De Elixirijs conceptum nostrum in hunc libellum referre. Neque id iniuria aut inconsultò: Quippe cùm insignem conseruandi vim atque potentiam in Elixirijs videamus, quæ nos vsque adeò incitat, impellitque, vt nunquam de his meditari, et hæc perscrutari, vlla admissa quiete, desistamus.

Virtus Elixiriorum.

Elixir quid. ſiſtamus. Eſt enim Elixir interna corporis conſer-uatrix, in ea, in qua ipſum apprehendit eſſentia et natura: Sicut Balſamum, externus eſt corporũ om-nium conſeruator ab omni putredine, et ab omni e-ius deſtructione. Manifeſtè nanq; ad ſenſum vide-mus, in Balſamo per Conſeruationem, corpora in-conſumpta, multas ætates, et annorum millia, citra omnem permutationem in putredinem, permanere. Cùm igitur tale in Balſamo donum videamus, ꝙ corpora mortua in tali retinet integritate incorru-ptibili, eorumq; conſeruator eſt: Colligere licet, ex eiuſmodi dono et myſterio, ſalubre ac viuens corp9, multò melius, et vtilius poſſe conſeruari: quod qui-dem non ſecundum curſum naturæ dicimus, ſed ꝙ tentemus et meditemur tale quiddam naturaliter or-dinare et componere. Verùmtamen ab experientia duci nos patiemur, eiuſq; veſtigijs inſiſtemus, vt my-ſteria naturæ, etiam ſuper naturam nobis cognita reddantur: Vtq; liceat nobis corpora intus et foris, ab omnibus eius contrarietatibus aduerſis præſerua-re, qua quidem in re plurima nobis occurrent.

Balſamum.

Elixirium virtus vnde. Scire autem conuenit, Elixiria non habere quidem operationes eiuſcemodi à natura, neq; ex eorum cõ-plexione, ſed eſſe myſteria, quæ maiora ſunt Speci-ficis, ad ſummam Conditoris potentiam admiran-

dam, et

dam, et ad plurium abstrusorum indicia patefacienda: Nihilominus tamen ex Natura ad eas inclinari et in natura eas insitas esse virtutes, quemadmodum suas Balsamo. Si etenim possunt mortua conseruari corpora, cur non commodius possunt viuentia? Neq; verò curamus aduersæ partis dicteria, nec argumenta, quin ipsi potius nostra soluant et diluãt: Vt solummodò liceat nobis et possimus verum interioris Balsami fundamẽtum assequi, ad eiusq; normam nos dirigere: nec occupare nos inutilibus futilium hominum sermonibus, qui de Termino mortis, et de Prædestinatiõe mortis loquũtur, eamq; ad nominatum veluti punctum suum constituunt: àc si ipsi asiderent consilio Sabercateris: cùm nulla eius nobis insit certa notitia, sicut de Prædestinatione diximus. DEVS nanq; noster Pater vitam nobis largitus est, Medicinamq; ad eam defendendam et cõseruandam: Si itaq; terminus mortis positus esset ad certum definitum et denominatum pũctum, falsum vtiq; esset illud quod nunc diximus: quod fieri non potest. Quantum igitur scimus, quantum nouimꝰ, quantumq; valemus arte, tantum, tamq; diu vitam nostram cõseruandi potestatem in nobis habemus. Neq; enim Adam ipse tantum ætatis attigit ex suaipsius natura, aut proprietate: sed quia tantus fuerit medi-

De Termino mortis.

Sabezcateris.

Argumentum ab absurdo.

Adam.

rit Medicus, tamq́; peritus, vt earum rerum notitiam habuerit, quarum virtutibus ad tantam ætatem sese conseruaret, vitamq́; produceret. Similiter verò etiam alij, qui eiusmodi itidem remedijs vsi sunt:

Diluuium.

quorum peritia nobis cum diluuio adempta est, ita vt ante tempus, et ante terminum mori nos oporteat. Vnde pleriq́; imperitiorum in ea sunt sententia, vt dicant Diluuium nobis Senium, longamq́; ætatē abstulisse, ea scilicet ratione, quòd terræ adempta sit virtus, neq́; iam amplius possimus tam salubre ex ea nutrimentum habere. Atqui non ita se res habet,

Terræ virtus integra etiam hodie.

Nam virtus terræ integra etiamnum hodie est, si quis notitiam rerum habeat, quemadmodum de generatione scribimus. Multi temporibus Adæ fuerunt, qui ætatem eius non attigerunt, quidam verò ne ad nostram quidem, quam post Diluuium habemus, peruenerūt: sed perinde vt nos mortui sunt, eam ob causam quòd artis imperiti fuerunt, oportuitq́; eos vitam suam ante debitum tempus deperdere, nec iuuit eos cibus et potus, quem Adam cæteriq́; habebant. Quare cùm in rebus huiuscemodi, naturalia inueniamus, inuenireq́; possimus, ex quorum proprietate et natura vita longa proueniat: ꝓposuimus nobis ea, cuiusnam sint naturæ, et q̄dnā Donum eis insit, perscrutari. Rerum itaq́; naturalium quæ-

lium quædam, corpus mortuum à putredine vnum annum conseruant, vt oleum Laterinum correctum: quædam decem annos, vt oleum Philosophorum correctum: quædam viginti annos, vt aqua Mellis: Aliæ quinquaginta annos, vt præseruatiua distillata: Aliæ in omne tempus sine fine, vt Balsamus. *Rerum naturaliũ in conseruando differentiæ.*
Quædam verò dies tantum octo, vt Sal: quædam vnicam noctem, vt aqua distillata: quædam longius, vt vinum ardens. Sunt insuper aliæ, quæ à putredine conseruant corpus in recenti et viuida substantia, per virtutem naturæ, id est, si homo in cõplexiõe sua illis se coæquauerit, vt sunt Aloës, Crocus, et Myrrha. Aliæ verò, quæ à putredine, et eiusmodi rebus defendunt ipsum, ratione potentium tincturarum suarum, quæ tantæ efficatiæ sunt, vt nihil mali innasci, aut radices agere patiantur, vt Aurum, Saphyrus, Margaritæ, Similiter et Archana, et Magisteria, quemadmodum de his scriptum est. *Conseruatiua ex proprietate.* *ex Tincturis.*
Atq; hac ratione considerabimus hoc loco Præseruatiuum viui corporis atq; etiam mortui, contra omnes putredines. Animaduertendum est autem præseruatiuum corporis viui, debere intra corpus assumi, ac totum corpus penetrare, tanta vi et potẽtia, vt nullum omnino sit membrorum, nullusq; totius corporis artus, qui non præseruatiuum apprehendat, *Præseruatiuum viui corporis.*

hendat, Donumq́ eius attrahat, et in seipsum transfiguret. Verumtamen obseruandum hic est, Spiritum Stercoris adeò potenter inhærere intestinis, vt plurimùm contra præseruatiuum pugnet ac prælietur. Causa autem eius est, quia quod putre est, non potest Balsamo condi, neq́ præseruari, eò quòd nullam habeat essentiã: sicut * corpus quod nũc primum mortuum est, et Balsamo vngitur, etiamsi putridum stercus in corpore pugnet contra præseruatiuum, quemadmodum vermes contra optimas herbas. Non enim potest putre cũ non putri, integroué conuenire. Quod enim putre est, neq́ corrumpi, neq́ alterari potest, quia nullius est vsus: Præseruatiuum quoq́ putrescere nequit, Habet enim naturã Auro similem, quod æruginem non suscipit, neq́ putrescit. Hac itaq́ ratione hæc inuicem distant, et quodlibet eorum suam perficit operationem et proprietatem. Hæc autem ideo à nobis dicta sunt, vt cogitetur, posse à Stercoribus temporis processu vinci aliquando præseruatiuum, quod in corporibus mortuis non fit, tùm quòd euiscerata sunt, tùm q̃d etiamsi euiscerata non fuerint, tamen à morte coagulata sunt, instar sanguinis, qui postquam è venis emissus fuerit, mox congelatur. Atq́ ita Præseruatiuum nos Elixir appellamus, quòd sicut fermentũ pastam

Spiritus Stercoris.

** habet.*

Putris & Præseruatiui dissonantia.

Fermentum.

pastam in panem digerit, ita hoc quoque corpus ipsum digerat. Virtus Elixiris verò est, corpus in eo statu conseruare, in quo ipsum apprehenderit, in eadē scilicet ætate, natura, et viribus. Ea siquidem est Præseruatiuorum natura, vt defendant à putredine, et tamen nihil emendent, præterquam quòd defendant. Quamuis autem morbos etiam tollant, non virtute præseruatiua tamen id faciunt, sed eius causa ex subtilitate Donorum, quæ ipsis insunt, prouenit. Quare non præseruant solùm, sed conseruant etiam: duplexque eorum operatio est, Anticipare et Præuenire malum nociuum, ac conseruare statum naturæ. Neque verò solùm humanorum esse corporum præseruatiua intelligendum est, verùm etiam omnium corporum sensibilium et insensibilium. Eodem quippe modo emortuum lignum à putredine custodiri potest, sicut corpus Balsamo conditum: eademque ratione in sua essentia retineri, sicut corpus viuum retinetur. Conseruatiua siquidem quæ herbarū gratia facta sunt, conseruant eas in eadem natura essentiaque, in qua eas comprehenderunt, vt omnino ita virides, vegetæque maneant: siue sint in campis, siue in hortis: vsque ad quintum aut sextum seniū. Quod si eas florentes apprehenderint, floridas eas conseruant: si fructu grauatas, cum fructu retinent. Neque

Virtus Elixiris.

Proprietas.

Operatio duplex.

Conseruatiua omnium corporum.

Ligni.

Herbarum.

verò te vlla horum capiat admiratio, quùm possibile sit emortuam arborem rursum virescere: et ferrum ita figi, vt nunquam amplius ferruginem suscipiat: Similiter Sulphur posit incombustibile reddi: quae omnia sunt contra sensus simpliciorum. Ex huiusmodi autem causis constituimus nos solidius fundamentum de Conseruatiuis. Neque verò existimet quisquã hoc impossibile esse: quin multò aliter, quae impossibilia habentur, possibilia esse. Hunc igitur in modum de Conseruatiuis et Balsamis sermonem faciemus, secundum distinctionem senij, prout sequitur, et iam indicatum est.

Ferri.

CAPVT I.

De Elixiri Praeseruationis & Conseruationis.

PRimum autem Elixir, hoc describemus, quod corpus in qua inuenit, in ea natura statuque conseruat, neque patitur putrescere, neque morbo corripi: sed conseruat in eo Spiritum vitae, ne quod accidẽs malum ei superueniat: Perducitque ad secundam, tertiam, vel etiam plures aetates senectutis. Vsus autem Elixiris in viuis alius est, quàm in mortuis corporibus. Haec enim dies noctesque in Balsamum ponenda sunt, in eoque relinquenda: cùm viua corpora in eo iacere nequeant, Ex quo sanè notandum est, Elixirium v-

Vsus Elixiris in viuis & mortuis diuersitas.

rium vſum duntaxat vitæ adhibendum eſſe, id eſt, Cordi, et partibus in quibus vita quieſcit, hoc eſt, „ ad ſpiritum vitæ per vniuerſum corpus diſperſum. „ Cuſtodit enim ſpiritum vitæ in hac virtute, qua cor „ pus vel cadauer mortuum, à putrefactione cuſtodi- „ ret: Quia ſi vulnus, aut vlcus, extrinſecus poteſt à „ putredine et morbo cuſtodiri, ita etiam intrinſecum „ corpus ab omni aduerſitate cuſtodiri de poſſe eſt. „
Quapropter ordinabimus Elixir, quod operetur in Spiritum vitæ, æquè vt Fermentum in Paſtam: creſcatq́ in corpore, ſicut color in arbore, quo eius radices tinctæ fuerint, qui nunquam porrò recedit. *Color in arboribus.* Tali ratione itaq́ corpus quoq́ vniuerſum, cuſtoditur: nam in omnia membra Tinctura Elixiris penetrat, diffunditur, et digeritur. Ac ſicut tinctura Metallum totum in Aurum transmutat, aut ipſum ab ærugine et putredine conſeruat: ita omnino nulla totius corporis particula eſt, quæ non Elixiris virtute repleatur. *Tinctura.* Quare cùm hoc modo Elixir totum in corpus diſpergatur, extendaturq́: et corpus virtutem eius in ſe recipiat, opereturq́ ſecundum virtutem Elixiris: fieri non poteſt, vt in corpus quicquã per oppoſitum incidat, aut ipſum coinquinet, cùm æquè vita cuiuſlibet particulæ viui corporis, plena ſit Elixire, quemadmodum vncta corpora

tota Balsamo plena sunt. Neq; verò est necessariū, totum corpus ita Elixiri intra corpus assumpto cō diri, vt Cadauer. Nam vbi Spiritus vitæ radix Elixiri circumdata, et irrigata fuerit, sufficit ad corporis conseruationem.

PRAXIS. *Elixirium species.*

Iam itaq; his instructi ratiōibus ad praxim acce-
1. demus, ac primùm quidem tale Elixir proponem⁹,
quod ex virtute et natura Balsami, totum corpus à
2. putredinibus defendit: Alterum, quod ex virtute
3. Salis conseruat ipsum: Tertium, quod virtute Dul-
4. cedinis corpus in conseruatione retinet: Quartum,
quod potentia et virtute Quintæ essentiæ corpus
5. humanum defendit: Quintum verò, quod maximæ
subtilitatis efficacia et virtute, omni putredini resi-
6. stit, neq; corpus infirmitate corripi patitur. Sextū
autem et nouissimum, quod ex virtute proprietatis suæ naturæ, eiuscemodi conseruationis Donum habet. Descriptio itaq; primi Elixiris hæc est.

CAPVT II.

Primum Elixir BALSAMI.

RECipe Balsami recti et electi, quod nobis optimè cognitum est, libram vnam, quod impositum in vitrum, cum duabus vncijs quintæ essentiæ

Auri, et

Auri, et semuncia Circulati maioris, sub Alembico Cœco digere mensem vnum in fimo, lento igne, ita videlicet, vt quotidie, nocte dieq; ascendat et descẽdat. Postea emenda ignem, vt guttatim adhereat, et guttatim sudet, duos menses. Tandem statue in fimum equinum quatuor menses, vt sine intermissione suam habeat digestionem, quo peracto Elixir paratum est. Ratio autem huius Elixiris vel Balsami ea est, vt naturam fermenti referat, et in radicem vitæ velut impastetur ac immisceatur, vt omnimodam habeat potestatem regendi vitam in bono statu et essentia, ratione suæ naturæ, ita vt ipsi resistere natura non valeat. Atq; vt Arsenicum malitia naturam superat, ita eandem hoc Elixir bonitate excedit, et corpus defendit. Conseruatio quidem corporis mortui, ex odoris ratione solùm est, ne putrescere queat si in sepulchrum aliquantisper positum fuerit, et ita conclusum ne expiret odorem. Multò igitur magis in viuentibus corporibus, ac carne eorum virtus, natura, status et condicio permanebũt, quod nobis memoria tenendum est. Hic itaq; iam quiescemus. Arsenicum.

CAPVT III.

Secundum Elixir.

SALIS.

NEq; verò minores Salis virtutes sunt, aut minor in eo facultas reperit, quàm quas de Elixiri Balsami diximus: his potissimùm de causis, quòd Salis beneficio multos annos, multamq; ætatem carnes à putredine conseruantur. Huius autem conseruationis varij modi sunt, quorum alius alio diutius conseruat. Hoc ex fundamento itidem et corpus viuum, defendi et conseruari beneficio Salis possibile est: non quod opinemur in viuis eodem modo Sale vtendum esse, vt in mortuis carnibus: sed quod Elixir ex eo conficiendum sit, per cuius virtutem corpus conseruetur. Hilari autem vultu audemus scribere, ac nos probata experientia munire, in hoc, quod Elixir Salis adeò materialiter Spiritum vitæ penetrat, vt is in eo, instar conditæ carnis, viuat. Cuius quidem rei ea causa est, quia Elixir Salis tantæ est in seipso subtilitatis, quantæ spiritus vitæ respectu eius haberi potest: copulanturq; ita inuicem in vnam coniunctionem, vt temperentur inter se mutuo ad perfectionem, Quemadmodum Sal gustum saporemue perficit, qui absq; eo ad intentionis perfectionem peruenire non potest. Elixir itaq; Salis, Fermentum est, cui tinctura inest, ex qua totum corpus penetrat: Estq; res inconsumptibilis, quæ neq; cum corporibus, neq; cum nutrimentis consumitur, neq; per se euanescit:

Salis virtus.

Salis vsus in viuis corporibus.

Elixir Salis ad spiritum vitæ.

Elixir. Fermentum. Tinctura.

euanescit: Sed fixa permanet, sicut vitrum in igne, quod in sua natura nihil immutatur. Hoc igitur fixum Elixir, figit corpus, vt exactè ipsi in vitæ stabilitate constantiaq; respondeat: tanquam cùm metallum figitur, cui porrò nulla humiditas, nulla corrosio nocere potest, nec vllius ferruginis putredine absumitur. Hincq; adeò perpendere licet, corpus Elixirionatum, fixum esse, instar Auri, cui nulla macula accedere potest, quæ illi noxam afferat. His itaq; rationibus, Elixir Salis componere statuimus, vt veluti quandam eius Imaginem habeamus, cuius quidem Methodus sic se habet.

Corpus fixum.

Metallum fixum incorruptibile.

Corpus Elixirionatum.

PRAXIS.

Recipe Sal optimè præparatum ad summã albedinem, summamq; puritatem, quo in Pellicanũ posito, appone sextuplo plus Aquæ soluentis, digeraturq; in fimo equino mensem vnum, post abstrahe aquam soluentem per distillationem, et iterum redde, reiterando hæc donec Sal in oleum abeat, quod recipe, et adde ei octauam sui partem Quintæ essentiæ Auri, ac menses quatuor sub equino ventre in Pellicano digere, post Circula mensem vnum, et appone tandem ei, aliam partem vini Circulati, relinquito iterum mensem vnum in Ascensione, et conserua. Habes enim Elixir Salis, de quo nos constituimus, et in memoriam reposuimus, specialem Canonem pro nostris diebus antiquis.

CAPVT. IIII.

Tertium Elixir.

DVLCEDINIS.

Dulcedinum virtus.

CVm autem constet nobis Corpora posse per Dulcedines ab omni consumptione, exinanitione substantiæ, et putredine præseruari: eiusq; causam cuius virtute hæc fiant, de Generatiõibus Mellis, Zuccari, Mannæ, Troni, et similium scribẽtes exposuerimus: quas hoc loco, cùm ibi abundè satis disputatæ sint, recitare nolumus: Posibile nobis apparet ea ratione has dulcedines in Elixir transmutare, vt eorum præseruatiua virtus, conseruet corpus viuum, plus quàm senis inconsumptam essentiam. Ea siquidem est omnium specificarum dulcedinum proprietas, vt neq; ipsæ putrescant, neq; alia putrescere patiantur, nisi per contraria corrumpantur, quæ in putredinem apta atq; inclinata sunt, vt panis cum Melle, ex quibus nascuntur vermes: aut Zuccharum et * braxa dulcis vnde proueniunt etiã vermes: aut Manna cum aqua, quæ in putrem fimũ abeunt: similesq; plures aliæ sunt compositiones, p quas, dulcedines rediguntur in putredinem. Contra huiusmodi putredinem verò, inuentio experientiæ nostræ est, vt ipsis compositio adimatur, ita vt dulcedo

Proprietas Dulcedinis specificæ.

Dulcedinum contraria.

Zůger.

** primum brodiũ Ceruisiæ absq; lupulo.*

Dulcedinibus compositio adimenda.

dulcedo sola in propria sua natura sit, absq; corruptione aliarum aduenientium rerum. Estq; earũ virtus similis Balsamo ad conseruanda corpora mortua, vt carnes et alia eius generis. Huiusmodi nãq; Dulcedo Balsamus terræ est: et quædam Balsamus roris, ideo quòd illinc ortum habeat. Propositum itaq; nostrum est. Elixir hoc Dulcedinis ex Trono constituere, eò quòd nulla illi valeat comparari dulcedo, ratione multiplicium mysteriorum quæ in eo supra quàm credi potest comprehensa sunt, de quibus in Generationibus de Trono locuti sumus. Hinc autem etiam reliquarum Dulcedinum methodus sumi potest: quæ talis est.

Balsamus terræ.
Balsamus roris.
Tronus.

Recipe Troni quantum voles, quod impositũ Pellicano digere ad solem menses duos, et melius p æstatem, Post adde quartam sui partem aquæ quintæ essentiæ auri, Et postquam duos menses Circulaueris, reconde diligenter. Hæc methodus quantũuis breuis sit, tamen ad stuporem vsq; mirabilis est in conseruatione planè decrepitorum hominum.

CAPVT V.

Quartum Elixir.

QVINTÆ ESSENTIÆ.

AD eundem autem modum, etiam Quintæ essentiæ

sentiæ in Elixiria redigi perficiq́ possunt: vt instar Balsami scilicet, tàm viua quàm mortua corpora conseruent, de quibus, quantũ ad præsens non multa neq́ singularia commemoràmus, eò quòd processus Quintæ eorum essentiæ, in superioribus De Quinta essentia declaratus est. Eo itaq́ dimisso, primum earum rerum mentionem faciemus, quorũ De Præseruationibus et conseruationibus meminimus: Postea verò processum ostendemus, quomodo redigendæ seu eliciendæ sint in Elixir totius corporis, quod per omnia par et æquale est tribus iam ꝓpositis. Scire autem conuenit, Elixir Quintæ essentiæ continere in se suas secretas et occultas virtutes, quæ quotidie Restaurationi accedunt, cupiuntq́ renouare et restaurare regenerareq́ totum corpus. Quod nimirum ideo fit, quia plus est, quàm sola cõseruatiua vis in ipsa: etiam Renouatiua scilicet, quãuis nõ perfecta aut omnino absoluta, eo modo quẽ nos de Quinta essentia et de Archanis indicauim⁹, sed minoribus viribus, eam ob causam, quòd earum renouatio et conseruatio, non possunt simul consistere. Et sic renouatio ad conseruationem disponetur. Quintæ igitur essentiæ cum suo processu, ex quibus Elixir istud constituimus, hunc in modum se habent.

Virtutes Elixiris Quintæ Essentiæ.

Recipe

Recipe Quintæ essentiæ Chelidoniæ, Quintæ essentiæ Melissæ, ana vncias duas, Quintæ essentiæ Auri, Quin: essen: Mercurij ana vnciam semi. Qu: essen: Croci, Qu: essen: Mirabolanorum omnium ana vnciam vnam. Hæc mixta simul permitte in digestione Solis Clauso Cœco menses duos, Post adde Qu: essen: vini, et Magisterij vini ana vncias iij. Digere denuo mensem vnum, et conserua tanq̃ thesaurum, non solùm ad præseruationem, verùm etiam pro restauratione.

CAPVT VI.

Quintum Elixir.

SVBTILITATIS.

Permutationis quoq; vel Subtilitatis Elixir itidem constituimus, quod ob summam sui puritatem, Corpus, et quicquid apprehendit, viuũ aut mortuum, in sua puritate conseruat: quale est oleum Philosophorum correctum, quod nihil putrescere permittit, quicquid eo inunctum fuerit. Similiter oleum * Correctum, et plura alia, quorum non est innata proprietas, non admittere putredinem, sed est eritq; ipsis extra eorũ naturam ex proprietate, quã ex labore præparationis concipiunt. Quemadmodum vinum si distillatum et correctum fuerit, nõ ad

Elixir permutationis.

Oleum philosophorum.

* *Oliuæ.*

Vinum distillatũ.

mittit putredinem, sed nec vinum digestum permittit putrescere, et tamen non alteratur per ignem:
Aqua mellis. Aqua Mellis similiter in sua præparatione omni putredini resistit, quod ad corpora sensibilia attinet, quod tamen in cruda substantia non efficit, sed totum putrescit. In genere itaq; hæc omnia pro Elixiri subtilitatis agnoscimus, et cum eo corpus figere
Mercurius. intendimus, quemadmodum Mercurius qui totus fugitiuus est, et volatilis, cum sua aqua stabilis et non fugitiuus redditur. Ita etiam per hoc Elixir corpus fixum et constans efficitur, quod quamuis etiam ex rebus alijs pluribus fieri queat: Nos tamẽ eas solas recipiemus, quæ nobis experientia comparatæ et cognitæ sunt. Alia tamen interea non dejcimus, tantum ideo negligimus, quia nondum ea per experientiam transmisimus. Receptum autem huius Elixiris tale est.

Recipe Olei oliuarum, Mellis, Vini ardentis ana libram vnam, hæc more Alchimistarum vel Spagyrorum distilla insimul quatuor vicibus, post separa phlegma seorsum, alia autem olea quæ multiplicibus coloribus distincta sunt, confunde simul in Pellicanum, Tunc demum adde Quintæ ess. Melissæ et Chelidoniæ quartam eius partem. Digere mensem vnum, Postea recõde pro vsu. Nullum sensibile cor-

sibile corpus huius facultatibus se eximere subtrahereué potest, nullumq́ etiam insensibile, idq́ pluribus de causis, et multis cum proprietatibus, quas hoc loco intactas sinimus.

CAPVT VII.

Sextum Elixir.

PROPRIETATIS.

POrro Natura etiam ipsa suum Elixir produxit, quod ex rebus naturalibus in ipsarum propria essentia, in Elixir perfectum potest confici. Vt ex Myrrha, Croco, et Aloë Epatico Citrino. Ex qua autem virtute ipsis hoc eueniat, posuimus de Generatione eorum. Hic autem tantummodo processum assignamus ipsius, neglecto nimirum principio, cuius nos subinde aliâs meminimus. Is itaq́ est huiusmodi.

Recipe Myrrhæ, Aloë Epatici, Croci, ana ferthonem vnum, permitte in Pellicano cum arena ascendere quàm lentissimùm, duos menses, post separa per Alembicum, sursum, Oleum à fœcibus, sine adustione, et oleum digere cum Circulato Mensem vnum, æquali pondere, ac tandem repone pro vsu. In hoc Elixiri est omnis virt9 Balsami naturalis, et tanta virtus conseruatiua in senibus, quod lici„

" tum non est assignare, quia non vnam ætatem pro-
" trahunt ab eo, sed quatuor, sed septem, sed decem.
" Cuius vim naturæ pro posse, non est pennæ pro as-
" signando, etiam iniustum est Iurisconsultis
" hoc legere. Sed quo ad nostrum ingeniũ
" irrisorium vobis sat est inter-
" pretatum.

ARCHIDOXIS EX THEOPHRASTIA PARA-CELSI MAGNI.

LIBER OCTAVVS.

De Extrinsecis.

THEORIA.



VIA verò supradicta omnia de internis solummodo tractant infirmitatibus, sequitur vt de extrinsecis quoq; loquamur, ac eorum remedia proponamus. Non repetemus autem de origine harum infirmitatum, quemadmodum neq; in præcedentibus fecimus, sed duntaxat medicinarum originem ponemus, postea verò considerabimus Compositiones remediorũ cõtra exter-

tra externas infirmitates. Harum itaq; differentia hæc obseruanda est. Extrinsecorum Remediorum quædam solis vulneribus sunt deputata, vt quibus vulnus quodpiam viginti quatuor horarum spacio curari queat, Cuius ratio talis est. Postquam enim vulnus factum est, nihilo ad curam indiget alio, pꝛterquam quòd partes diuisæ vicissim denuo coalescant, et quasi duo asseres in vnum conglutinentur. Non sunt itaq; vulnera in ipsorum latitudinis extēsione relinquenda, et sic carne complenda, q̃d plus Rusticum est quàm Medicum. Atq; hinc obserua, quòd postquam vulnerum coierunt ambæ partes, instar duorum conglutinatorũ asserum, plus quàm mediam eorum curam absolutam esse. Hoc autem eius medicinæ opera fit, quæ à natura sua propria ambo vulnerum labia cōtrahit adeò, vt melius coire et contrahi nequeant. Postquam verò labia in vnum coaluerint, ipsa natura per medicinam in vnum concrescit et coniungitur, vt nullum amplius vulnus remaneat, nisi fuerit ossium fractura, quin faciliter et exactè viginti quatuor horis curetur. Ossa autem non patiuntur se cogi in vnum instar carnis, ideoq; de ipsis nullam hoc loci facimus mētionem. De alijs verò vulneribus exempli gratia dicamus in hunc modum, Si cui membrum quodpiam dissectũ

Extrinseca in vulneribus.

Vulnerum curandorum ratio.

Ossium fractura.

 fuerit

fuerit, nondum emortuis arterijs calidum et recens vulnus hoc medicamine inungatur, et copulentur partes ambæ: conſolidabitq; eas adeò inuicem, vti duas in vnum conglutinatas partes. Eſt enim medicaminis virtus tàm potenter contrahere naturam partium, et quaſi per vim ſanitatem inducere, vti dictum eſt. Medicinam autem curandorum vulnerum obſeruandum eſt, non oportere incarnatiuam, aut mundificatiuam, aut attractiuam eſſe. Huiuſmodi nanq; omnes, plurimum attrahunt affluxũ, multumq; puris generant: Et præterea vulneris amplitudo carne explenda curandaq; eſt: quod tardius, et non ſine metu accidentium grauiorum perficitur, neq; tamen Magiſterij nomen meretur. Itidem etiam de fiſtulis ſeu vlceribus, quæ plures annos durarunt, multiſq; affluxibus onerata ſunt, ideoq; pluribus ſuperueniẽtibus ſymptomatibus et accidentijs difficulter admodum curari poſſunt, interdum etiam omnino non poſſunt, intelligendum eſt. Nam eorum quoq; medicina maxima ex parte talis ſit neceſſe eſt, qualem de vulneribus diximus, quæ violenter in vnum cogat cutem et vlceris amplitudinẽ. Verùm illud quoq; cogitetur oportet, eidem medicinæ etiam proprietatem generandæ carnis ineſſe debere, eò quòd eiuſmodi foramina vlcerum nõ ad

Incarnatiua, Mundificatiua &c, non adhibenda vulneribus.

Extrinſeca in fiſtulis & vlceribus.

eundem

eundem contrahi modum valeant, quo vulnerum partes contrahuntur. Hoc autem de fistulis et id genus aliȷs accipiendum est, quæ omnia talium duntaxat medicaminum remedio et virtute curanda sunt. Duo itaq; remedia proposuimus, ad curandam carnis cutisue omnem dissolutionem siue aperturam. Vnum quidem incarnatiuum, alterum autem exiccatiuum solum. De cæteris autem vitȷs corporis, vt Cicatricibus, Morphea, Serpigine, Pannis, Maculis, Lepra, et pluribus huius generis malis, in superficie corporis exortis, talem curandi methodum instituimus, vt primùm cutis illa vitiosa, instar excoriati vituli, ad viuam vsq; carnem detrahatur: Postea verò noua cutis inducatur, conueniente sua medicina. Cutis etenim antiqua vna cū suis vitȷs hoc modo aufertur, et noua absq; macula purum colorem retinet, quamuis et illa subsequenti suo remedio curanda est, ne scilicet multum humiditatis, aut affluxus eò attrahatur. Atq; hac ratione omnes maculæ, quarum fecimus mentionem, radicitus atq; funditus eradicabuntur et curabuntur. Non tamen tollendæ originis earum causa hæc cura instituitur, eam enim in alium locum referimus, cum hic neq; cō modi neq; incōmodi quicq; afferat, neq; etiam omnino necessaria sit. Sunt præterea alia quoq; malorum gene-

Extrinsecum Incarnatiuū & Exiccatiuum.

Extrinsecū in Maculas.

Cancer. rũ genera, vt Cancer, et id genus vlcera, apostemata &c. quæ itidẽ ꝓpriũ ac speciale remediũ flagitãt, q̃d eorũ originẽ extrahat, ac ipsa penitus ab omnibus sordibus emundet cum Attractiuo Specifico: Postea requirunt curationem, vti diximus de fistu-*Fracturæ.* lis, et similibus eius generis alijs. Fracturæ autem et si qua sunt similia, in Ossibus, Didimo &c. Per solum Stipticum Attractiuum emendanda sunt, cuius hic non meminimus, cùm in superioribus satis de eo locuti simus. Sunt porrò plurima excrescentiarum quoq; et Tuberum genera, quæ erroris gra-*Strumæ & Excrescentia.* tia non recitamus, vt Scrophulæ, Strumæ, Glandulæ, Napta, Ossa notha veris ossibus supercrescentia, &c. quæ omnia prius eximenda sunt et eruenda, postea curanda, vt in Capitulo suo quodq; eorum annotauimus. Totam hãc itaq; Medicinam, in tres curas diuidimus, quarum Vna vulneribus, Altera Aperturis vlceribusq;, Tertia Maculis deputatur. Cancri vero cura cum Attractiuo solùm Specifico incipienda, postea verò cum medicina foraminum et apertorum vlcerum perficienda est, sicut nunc inuimus.

CAPVT I.

Remedium in Vulnus.

CVm itaq; eiusmodi sit medicina componẽda,

quæ ex

quæ ex naturæ suæ proprietate coniungit, et contrahit vniuscuiusque vulneris ambo labia, vt inuicem simul coalescant, àc glutine compacti in vnum duo asseres: Necesse est eam constare ex maxima sui sicci tate et stipticitate, quæ soli sit carni appropriata, hunc in modum.

Recipe Samech optimè exustum, et ad summam albedinem Calcinatum, cui affunde Circulatum minus, et distillando abstrahe vsque ad siccitatem Capitis mortui, quantò melius poteris cum ignitiõe vasis. Postea affunde nouum Circulatum, et procede vt cum priore: Atque hoc reitera donec Circulatum minus planè dulce * maneat, quemadmodum per se in sua natura est. Quo facto resolue ipsum per se, resolutum enim hoc, est remedium in vulnus, q̃d meritò Balsamum, veluti Baldzamum vulneris appellari potest, Etymologiæ vocis Germanicæ, non Latinæ respectu, vt dicatur **Balsam**, tãquã **Baldzamen**, ac si dicas, subito cõnectens. Cæterũ quãque non faciamus mentionem virtutum huius remedij plurimarum, sed in genere proposuerimus ad omnia vulnera: tamẽ innumerabilia ꝑpemodũ vulnera, vnica solũ ablutiõe hui9 sanauimus, supra quàm credi potest, aut naturæ possibile est, vti iam annotauimus. PRAXIS. * exeat.

CAPVT II.

Remedium in vlcus.

REmedia verò in vlcus, adiunctam habere debent virtutem generatiuam carnis, ex vi ipsius medicinæ, non habito respectu naturæ vlcerum, quæ cum sint omnino malitiosa et nequam, ideo cogitandum est illud Euangelij, Compelle intrare. Hoc autem componitur his ex speciebus.

Baldzamũ de Rubigine. Recipe Baldzami supra de vulneribus descripti libram vnam, Item Baldzami de rubigine eadem ratione, qua de Samech extracti, libram vnam. Misce *Oleum ferri.* insimul, cui adiunge Olei ferri libram semi. Misce, et superpone vlceri. Postea ablue quotidie ad placitum tuum, et alliga desuper emplastrum consolidatiuum, cuius in vlceribus mentionem fecimus, et sic procede cum ligaturis ad finem vsq; curæ. Sciendũ autem membra quasi violenter et repente tumores *symptomatibus & accidentibus.* et inflammationes, ex eorum concurrentibus exortas, remittere debere, quod alio in loco abunde satis declarauimus, et hic de vlceribus satis apertè scripsimus.

CAPVT III.

Remedium in Maculas,

AVferendæ verò cutis rationem, supra in Specifico cro

fico Corrosiuo posuimus: fecimusq́ etiam Cauterij mentionem, cuius vsus facta prius corrosiõe adhibendus est. Cum itaq́ ea ratione cutis ablata est, et macula eius cum ea, curatio eius subsequitur eum in modum, quẽ nos indicauim9. Cui9 sensus hic est.

Recipe supra dicti Baldzami in vlcus, cui appone Terpentinam lotam, et cum oleo Lumbricorum ac oleo Ouorum temperatam, æquis ponderibus: Cum quo abluenda est omnis adempta cute caro, neq́ vlla præter hanc alia est medicina. Est autem huius medicinæ ea proprietas, quòd nouam cutem cum recto et genuino colore ac duritie, quæq́ nulla amplius macula inquinari aut deturpari queat, producit. Quamuis autẽ plures sint, eiusmodi maculas abstergentes aquæ, vt aqua de floribus Fabarum, de Sigillo Mariæ, et similiter de stercore humano: tamen non est nostrum de ijs hoc loco differere, cùm multis in casibus intentionẽ fallant. Quare ea nos medicina vtemur commodius quæ nos nõ frustratur, sed secundum velle nostrum ingreditur, penetrat, et operatur quod expedit.

Virtus Extrinseci in Maculas.

Sed ne quis nostri admiratione teneatur, quòd in vniuersa Chirurgia, adeò pauca et breuia remedia annotauerimus, tamq́ breue tempus nobis eam ad rem sumpserimus. Huius siquidem causa ea est, quòd

Redit ad Theoriam.

quòd plane nihili faciamus Methodum Chirurgicam, quo ea scilicet modo à vetustioribus descripta et in vsu habita est, etiamq́ hodie à nostri sæculi medicis exercetur. In eorum nanq́ medicina, etiã nos, quamdiu eius sequuti sumus castra, nihil certi ac solidi secundum intentionem nostram habuimus, sed secundum experientiam, remedijs nostris, vsi fuimus. Experientia quippe didicimus, hanc esse optimam totius Chirurgiæ methodum et Medicinam, quam nos tribus hisce capitibus complexi sumus.

Chirurgia veterum incerta.

Etsi autem plura supersint malorum genera, quàm quæ nos recensuimus, vt Variolæ, Alopetia, Pustulæ &c. debent tamen omnia sub maculis et cicatricibus comprehensa intelligi, et ad eorum rationem diuidi: idq́ multas ob causas quas in præsentiarum silentio præterimus, et tantum in exercitijs nostris eas retinemus, ita vt eorum non obliuiscamur.

Postq́ nanq́ vidimus, per hæc vulnera quàm plurima et quasi infinita numero, vsq́ adeò miraculosè et repẽte curari: qua obsecro de causa his neglectis, ad veterum prolixa et gloriosa commentaria deficiemus? aut quomodo eis adhærebimus? vt cum vicinis nostris expendamus quid Mundificatiuum, Lauatiuum, Abstersiuumúe sit, quid Corrosiuũ et id genus alia sint, quoq́ vulnera consuẽnda, et alliganda

ganda sint modo: quæ omnia vulnerum sunt inimica, atq; corruptiua, propter eas causas, quas in libro de vulneribus exposuimus. Quorsum porrò est multiplex illa sollicitudo curandorum vlcerum per varia Emplastra, Cerota, et similia vnguenta, cum vnctionibus, ligaturis &c. quæ tædet nos vel recitare: quæ omnia, stulta et valde latiuaga periodus est, quæ nos quoq;, dum adhuc stultuli veteribus adhiberemus fidem, nostratibus verò diffideremus, multum multumq; circumduxit. Si enim id attendatur in Medicina, quid Fistula, quid Cancer, quid Vlcus, quid aliorum his similium vnũquodq; sit: atq; cuiq; suum appropriatum describatur medicamen, inutilis nimirum concio futura est, ingensq; chartarum papyri damnum ea perscribere, cum vsq; adeò vnico remedio ea omnia persanentur, vt Lepra exterior, Alopetia, Serpigo, Lentigo, Macula, et oẽs aliæ Pustulæ, Scabies, Pruritus, et Cicatrices, quæ omnia vnico medio, vnicaq; operatione satis supq; commodè auferuntur. Similiter et vulnera accepta ex sagittis, bombardis, punctionibus &c. Hunc igitur in modum Chirurgiam nostram concludimus. Neq; miretur quisquã libelli huius breuitatem, eorum respectu, quæ vetustiores in multa partiti sunt compendia, quæ omnia paucis optimè cõprehendi potuerunt. His itaq; iam dicendi finem faciemus.

Theophrastus etiã aliquando cum veteribus errauit.

Processus particularis à Theoria ad praxim vanus & Inutilis.

ARCHIDOXIS EX THEOPHRASTIA PARA-CELSI MAGNI.

LIBER NONVS.

De Restauratione & Renouatione.

THEORIA.

1. Propositio.

I.

Quid Rēouatio sit.



AM verò de Renouatione et Restauratione dicturi, imprimis expendamus oportet quid Restauratio et Renouatio sit: tum quæ ea sint quæ restaurant et renouant. Postremò, quidnā ex omnibus creatis rebus restaurari et renouari posit.

1.
Metallorum renouatio.

Imprimis itaq; Mineralia omnia reiuuenescunt, renouantur, et restaurantur:

Ferrugo in ferrum

ita vt ferrugine absumptum ferrum, iterum in pristinam ferri naturam ac statum redeat:

Viride æris in Cuprum.

Viridæ æris quoq;, siue ærugo Cupri, denuo Cuprum fiat:

Minium in Plumbum.

Minium similiter in Plumbum reuertatur, et Calx Stāni in Stannum.

Calx ♃. in Stannū.

Atq; hæc est Renouatio et Restauratio, quæ reducit, et reiuuenescere facit, consumptum ferrugine, et corruptum quiddam, in suā perfectam essentiam et formam.

Reiectio huius renouationis.

Atqui si rem ipsam pēpēdamus, hæc quā modo diximus, non Restauratio neq; Renouatio est: Sed Reductio, quæ Restau-

rationi

rationi et Regenerationi cõferri nequit. Nam quã- uis hæc putrefacta quædam ferrugo ærugoúe sit, et non metallum: tamen nondum consumptum est in sua metallica natura: ideoq́ non potest assumi ad declarandum ex similitudine eius, quid Renouatio et Restauratio sit. Cùm enim in humano genere, e- iusmodi ferrugo, et abscessus naturæ seu essentiæ non contingat, ideo reductione opus non habet. *Reductio.* *Homo non habet sui ferruginem instar metallorum.*

Atqui, vt quod dicimus intelligatur, Si homo in defectu positus sit, et decrepitus: vt quasi ærugini cõ paretur quoad eius statum et naturam: poterit hoc corpus ab hoc eius decrepito defectu iterum reduci ad suam * sanitatẽ, qualis scilicet ab infirmitate quapiam ad sanitatem est reductio. Verùm de huius generis reductione, nihil hic scribendum suscepimus. *Reductio à Senio.* ** Iuuentutem.* *Reiectio altera.*

Altera autem Restaurationis et Renouationis species haberi poterit ea, quæ fit, cum metalla, quæ cõ stat ex Sale, Sulphure, et Mercurio originem ducere, post absolutam eorum in corpus metallicum perfectionem, denuo iterum in sua tria illa prima reducuntur, vt eorum Sal, eorum Sulphur, et eorũ Mercurius, iterum in eadem appareant forma, in qua in prima generatione fuerant: totaq́ metalli substantia abscedat: ita vt non vllum iam ibi sit metallum. 2. *Metallorum renouatio.* *Metallorum origo.*

Postea verò hoc quoq́ possibile est, vt materia trium prio- 3. *Metallorum renouatio.*

um primorum, rursus in metallum redeat, quale fuit ante, vt ex primis tribus Cupri, iterum Cuprum fiat. Atq; hoc etiam rectè Restauratio et Renouatio dicetur in Metallis. Est enim denuo generatum, ex facto iam metallo, et perfecto ante. Verumtamẽ relatione ad hominem facta, nulla in his est restauratio aut renouatio: eam videlicet ob rationem, quia non possumus in tria prima, aut in sperma nostrum nos redigi, ex quo iterum renouari et restaurari valeamus: ita vt nunc de metallis retulimus. Quod si enim hoc nobis liceret, esset vtiq; in nostra potestate, nos in secunda generatione ad sublimiorem statum perducere, quàm fuerimus in prima: Sicut Ferrum, quod in sua tria prima reducitur, et tandem in Argentum vel Aurum perficitur, quod nullam penitus corruptionem amplius admittit. Aut quemadmodum Saturnus, qui denuo in Mercurium redigitur, et tandem in incorruptibile metallum transmutatur: Sic vtiq; etiam nos possemus ex nobis immortalem producere creaturam: Cuius faciendi vis atq; potestas in nobis sanè non est. Atq; sic huiusmodi prima materia orbati sumus, et in irreducibilem alterati, quæ non potest retrorsum retrahi, sed vltra porrò procedere eam, vti cepit, necessum est, neq; cogitari debet eam rursus in id redire, vnde exiuit. Qua-

Reiectio tertia.

Homo non reducitur in suum sperma.

Argumentũ ab absurdo seu impoßibili.

NOTA de ferro.

De Plumbo.

Homo orbatus est prima materia reducibili.

nit. Quare Restauratio et Renouatio duplex est, Vna quidem quam in metallorum exemplo et natura modo declarauimus: Altera, quæ fit, cum picturam veterem nouis coloribus imbui et renouari facimus, vt primæ per omnia similis videatur. Vbi tamen obseruandum venit, non nouam ex vetere picturam esse factam, sed solam colorum delinitionẽ, tanquam nouam imaginem. Quamobrem ne hæc quidem restauratio vocari potest. Quandoquidem restauratio et rẽouatio ita in Homine accipiẽda sunt, vt eius humor radicalis, quem spiritus vitæ agit et exercet, non retrahatur ad præterita, seu posteriora retrorsum, sed fortificetur, et vlterius porrò agatur atque perducatur: instar Arboris, cui auxilio remedij succurritur, vt florescat et fructus proferat, quibus defluentibus, iterum eò promouetur, vt sicut ante, nunc denuo rursum fructificet.

Restau: & Reno: duplex.

Exemplum picturæ.

Reiectio huius.

Renou: & Restau: in Homine.

Arboris exemplũ.

Quamuis autem ne hoc quidem exemplum per omnia proposito nostro respondeat, id tamẽ ex eo percipi potest, Oportere humorem radicalem æque ad vlteriora futurave promoueri, quemadmodum de arbore indicatum est. Neque tamen hanc Renouationem et Restaurationem, in humore radicali fieri dicimus, sed in eo, quod ex humore radicali prouenit, et materialiter ac corporaliter ex eo sumit ori-

Exempli censura.

II. *Quid restauretur.*

Campana. ginem. Sicut campana fusione facta, non ex Tono suam accipit resonantiam, sed ex corpore ipso. Sic Restauratio et Renouatio operationem suam non in spiritu vitæ accipit, sed in eo * quod ipsum facit, quorũ hoc quidẽ vnũ est materiale, aliud verò substantiale. Si verò totum id, ex quo humor radicalis prouenit, vel in quo delitescit, purificatum fuerit, purificabitur etiam Tonus eius, quantoq; Tonus eius melior, tantò corpus quoq; excellentius est.

** ex quo ipse fit.*

Corpus Humoris radicalis continens, renouandum.

** et econtra.*

Humor radicalis ex corporibus. Quod autem dicimus humorem radicalem ex corporibus et membris venire, id ita dicimus, quòd humor radicalis, et quod ex eo prouenit, ita se habent ad inuicem, sicut radix ad arborem: quorum vti neutrum absq; alio esse aut viuere potest: Sic etiam duo hæc mutuo sibi incumbere et annexa esse adeò, vt diuidi nequeant. Cùm itaq; Humor radicalis et Spiritus vitæ, cum suo humore vitæ, in corporibus et membris æquè delitescant, sicut Tonus in metallo, qui videri non potest, audiri potest: Absurdum vtiq; esset, eum nos velle emendare, aut corpus per ipsum renouare: quin cogitemus corpus et materiam, quæ ex ipso ortum incrementũq; sumpserunt, renouare et restaurare. Hac igitur ratione Restaurationem et renouationem intelligimus, esse solummodo alterationem membrorum, aut materiei, quæ est in corpore ex superfluitate: ita scilicet,

Humor radicalis non renouatur.

Tonus.

Corpus & membra restaurantur, ratione superfluitatũ.

ta scilicet, vt quicquid ex corpore et Humore radicali prouenit, decidat et defluat: nouaq; redeant omnia, quemadmodum exemplo arboris intelligere licet. Ex ea enim omnia folia, locustæ, flores, fructus, et fungi decidunt, rursusq; noua redeunt omnia. Neq; tamen arbor ipsa mutatur, veluti si et ipsa decidat, ac noua succrescat: sed ipsa eadem permanet. Sic etiam humor radicalis, id est, vita in corpore permanet: at corpus cũ ipsa, abijciũt capillos, vngues, dẽtes, et similia: quib9 abiectis denuo regenerãtur alia. Hoc itaq; modo se habet Restauratio et Renouatio eius rei, quæ Restaurari et renouari potest: ad eamq; apta est. Omnis enim Restauratio et Renouatio fit in superfluitatibus, et in his quæ ex essentia rei oriuntur et proueniunt.

Arbor.

Capilli. Vngues. Dentes. Cutis.

Restauratio est in superfluitatibus.

Quid itaq; sit in corporibus quod restaurari et renouari potest, ex iam dictis intelligitur, vbi etiam superfluitates eas indicauimus quæ non crescunt in materias, vt sunt pili, dentes, cutis, vngues, &c. in corpore, Hæc etenim sunt superflua, quæ non abeunt in materias vel substantias corporales, sed in ipsa duntaxat earum natura permanent: Talia autẽ sunt, etiam quatuor humores, quorum vnus est, ex eo frigido et humido, quod in toto corpore continetur, et generatur, nec vllum certum singularem locum, aut originem ex qua veniat, habet: vt de

Superfluitates quænam sunt.

Pili, Vngues, Dentes, Cutis.

Humores iiij. sunt superfluitates.

quatuor complexionibus probauimus. Alter est ex his contrarijs Calido et Sicco, quod æquæ in corpore dispersum est, nullamq́ certam habet hospitij mansionem, aut originis exordium, facitq́ liquorē etiam. Tertiꝰ Frigidꝰ et Siccꝰ, cuius etiā generatio prioribus similis est. Quartus verò Calidus et Humidus est, de quo idem quod de alijs est Iudicium.

Humores iiij. non semper simul.

Non in omnibus autem Corporibus contingit eiusmodi quatuor humores simul inesse, sed interdum vnicum, quandoq́ duos, aliquando tres, et nonnūq́ quatuor. Quapropter horum restauratio et Renouatio fit per consumptionem eorum et expulsionem, cuius causa est, quòd Hominis Natura et Vita absq́ ipsis optimè constare potest, neq́ vllius indiget eorum, suntq́ tantummodo excessus et superfluitates quædam, sicut fæx in vino, aut spuma quæ in Autumno efferuescit ex eo.

Humores expellendo renouantur.

Complexiones iiij. non restaurantur.

Complexiones non oriūtur ex corpore.

Quatuor Cōplexiones verò, quæ in hominibus apparent, sciēdū est nō restaurari nec rēouari, eam ob causam, quia cōplexiones quatuor ex nullo mēbrorū habent originē, neq́ ex Maioribus, neq́ ex Minoribus, neq́ sunt in Sanguine, neq́ in Carne, neq́ in id genus alijs, quasi quis putet cōplexionē Sanguineam ex Epate Abundante copia sanguinis prouenire: Melancholiam ex Splene, Choleram ex

felle, et

felle, et Phlegma ex Cerebro: quod fieri nequit. Hæc siquidem nunc dicta membra, nulli hominum dant complexionem suam, sed complexiones veniunt à natiuitate, et permanent vsq; ad mortem. Neq; pluribus hoc loco de ĳs disputabimus, eò quod nimis distent longè à præsenti textu nostro de Renouatione et Restauratione. Cùm igitur quatuor complexiones non ducant ex vlla corporis parte originem, sed in corpore delitescant duntaxat, et in spiritu vitæ, ac in humore radicali: non est sanè possibile eas restaurare ac renouare: Sed quo corpus modo clarificabitur, eodem modo earum quoq; natura clarescet. Quinetiam meminerimus hoc in textu, non curandam esse complexionum, ratiōe ætatum, Regionum et Regiminum differentias ac discrimina, eò quòd nulla corporibus imprimitur ex his tribus complexio. Quanq; euenire potest, vt senium afferat secum tristitiam corpori, quæ tamen non cōplexio est: Sic etiam locus aut Regio potest inducere phlegma, non tamen complexio phlegmatica erit. Eodem modo etiam * conflictus potest afferre, vt quis similis * Cholerico videatur. Sed de his non est præsentis negocĳ disputare, sed cum de conseruatione corporis loquemur, tunc ista declarabuntur. In huiusmodi autem diuisionibus, vnicum hoc

Complexiones à natiuitate, vsq; ad mortem.

** Corpus per se: Humor radicalis in copore, & ex eo: Complexiōes in humore radicali, et in corpore, sed non ex eo.*

Complexiones non ex ætate, neq; Regione, neq; Regimine.

* [illegible] schlacht.

* [illegible] gallerisch.

 est iudi-

est iudicium, quòd omnes humores sunt aliâs Mine-ralia, aliâs corruptiones, quæ omnes sunt superflu-itates contra naturam et virtutem. Sed principaliũ quoq; membrorum eadem ratio est, quæ et ipsa reno-uationi et restauratiõi repugnant hoc modo, quòd nullam suscipiunt restaurationem et renouationem, neq; eam in se attrahunt: Sed quicquid per ea tran-sit, aut quicquid in ipsis præparatur, id omne non secus assumunt, quàm tanq; nutrimentum, et non tanquam medicinam. Si verò humores, aut super-fluitates aliæ in ipsis essent, illæ * expellentur. Atq; aliorum etiam membrorum natura eandem habet considerationem, vt Ossium, Medullarum, Carti-laginum, Musculorum. Sic etiam de sanguine scien-dum est, inesse ipsi corruptionem, aut superfluita-tem, quæ solummodo accidens est: itidemq; etiam carni: Hoc ergo accidens purgatur in Restauratiõe et Renouatione, non quòd alius sanguis fiat, sed q; malum ab eo nociuum separetur, et bonum prædo-minetur. Itidem etiam in carne. Quamobrem, ex his quibus ea in præsentiarum breui sermone exposui-mus, quæ restaurari et renouari possunt: facile li-quet, Lepram, Caducum, Maniam, Pustulas, et si-militer Podagram, Chiragram, Artheticam, et plu-ra alia, in Renouatione et Restauratione tolli, nisi sit fortasse

Membra principalia nõ renouantur.

NOTA, & confer cũ libro primo.

* *renouando.*

Membra nulla renouantur.

Ossa. *Medullæ.* *Cartilago.* *Musculi.* *Sanguis.* *Caro.*

Morbi & Infirmitates omnes renouãdo tolluntur.

sit fortasse morbus qui ex ipsa natiuitate sumpse- rit habeatq; originē: Is enim nō tolletur. Sed vt de Lepra dicamus clarius, Ita corpus * immutatur o- mnino, vt non modo Lepra: sed etiam si quis potē- tior, periculosiorq; morbus fuerit, quàm Lepra ē plane absumat et expellat, nō quasi separet Lepra à corpore, sicut purum ab impuro, sed quòd Lepra ipsa in sanitatem conuertatur, sicut Cuprum in Au rum, vel sicut ferrum in Cuprum, quod nemini sa- ne mirum videri debet. Ea enim Renouationis et restaurationis ratio est quòd absummunt malum, sicut ignis absumit mendā ab argēto et auro: Finū verò intactum relinquit. De Caduco quoq; et Po- dagra tollenda eadem est sententia. Hic siquidem omne id renouatur, quicquid toto in corpore est. Sāguis omnis, caro omnis, et quicquid in his cōti- netur. Atq; sicuti Alkali emundat et purificat Le- prosum Mercurium sublimatum, in puram et bonā Lunam, Sic etiam Renouatio et Restauratio cor- 1. pus purificat in bonum statum et essentiam, vt pau 2. lò ante dictum est, Expellitq; omne quod in cor- pore est superfluum, et incompetens naturæ: ac im- 3. mutat id omne, quod naturæ necessarium cùm 4. sit, quoquo modo iam deprauatum est, facitq; om- 5. nia vti diximus denuò succrescere, totum adeò cor- pus iuuentuti restituens cùm nihil eorum quæ in na- tura sunt valeat ei resistere.

Morbus à natiuitate non tollitur renouando.

Lepra.

** renouatum.*

Morbus transmutatur in sanitatem.

Caducus.

NOTA pro Pantheo cū oleo vitri, id est, Alkali.

Renouationis & restauratio: effectus.

Restat

Renouationis & restaurationis modus, Inflammatio. Restat iam dicere quomodo fiat Restauratio et Renouatio, et considerare inflammationem sui quã in Spiritu vitæ habet, et in humido radicali, ex qua quidem inflammationis incensione, operationes prædictæ proueniunt. Similis autem hæc est inflam*Vrtica.*matio vrticæ, quæ vim habet adurendi. Sed quis est qui ratiõe sua assequat intimã eius causam, cùm nõ appareat materialiter in actu, quod facit sensibiliter. Sic etiam Renouatio et restauratio est Inflammatio Naturæ, ex virtute, quam nobis recensere nõ *Ignis.* licet. Per Ignem tamen omnia Purgari et clarificari, exactè cognoscimus et ad sensum videmus: Naturaliterq́; etiam id constat, talia non posse in cor*Ignis duplex.* pore fieri, præterquam per Ignem. Ideoq́; dupli*Materialis.*cem ignem cognoscere debemus, Materialem et Es*Essentialis.*sentialem. Materialis quidem fit per flammam, et vstionem. Essentialis verò per sui essentiam et vir*Cantharides.*tutes, vt cum Cantharides cutim exurunt et vesicãt instar potentis ignis, et tamẽ nullus adest ignis, nec sentiuntur esse ignitæ: sic flammula, sic vrtica, vti diximus. Sic quoq́; certò nobis scire licet, Restaurationis et Renouationis vires hoc eodem modo se habere, postq́; in corpus veniunt, ac sese cum eo in eandem coniunctionem vniunt, quòd scilicet operatio, eiusmodi in eo fit, qualis in Mercurio Saturni, vel

ni, vel Martis, qui cum suo Realgare imponitur, quorum neutrum quidem est vel calidum, vel igneum, et tamen vtraq; aduruntur inuicem, sicut verus ignis in ligno: perfectum autem metallum quod ante planè leprosum apparebat in fundo reperitur. Quis poterit penitus assequi scrutando, quod videmus in * mags colorr per circulatum affusum Mercuriũ reperiri, cũ quo nulla omnino ratione quicq; similitudinis habent. Similiter itaq; et Renouatio ac Restauratio operationes suas efficiunt, vt Calx viua quæ dum aqua extinguitur, purificat sese, et extinguit suam acrimoniam quam ex igne essentiali habet. In natura igitur nostra Renouatio et Restauratio intelligenda est, instar Halcyonum, quæ ex sua ipsarum natura sese renouant. Pluraq; etiam sunt eiusdem generis alia, quæ idem efficiendi potestatem habent, idemq; efficiunt, vt in Archidoxis multipliciter meminimus, et plus etiam in secretis nostris, vbi multa sanè perquirenda essent, nisi paulò longius æquo, ab hoc textu de Renouatione et Restauratione recederent. Quemadmodum autem ibi diximus, sic etiam hoc loco memoriæ causa repetimus, Ignis operationes quomodo fiant, nos deprehendere non posse, quamuis videamus ligna ipsum consumere, et ob nimij caloris sui excessum a-

Mercurius ♄ vel ♂ cum Realgare.

** Magisterio Corallorum.*

Mercurius ex Corallis.

Calx viua.

Hominis restaura:

Halcyones.

ila quæuis superare et absumere, quod nos non vltra prosequemur, sed alio in loco scribendum nobis reseruamus.

III. *Quæ sunt renouantia.*

Quantum igitur ad principia attinet, satis diximus de Renouatione et Restauratione, satisq; apte ostendimus: Ea autem quæ sint, quæ renouant et restaurant, scripsimus in Archidoxis, tum et præparationes, confectiones, et earum nomina ibidem nota fecimus. Iam verò præsenti libello, compositionem earum, processumq; subiungemus.

Propositio secũda.

Renouantium species diuersæ.

Imprimis anteq; species simplicium et Archanorum demonstremus, scire conuenit earum operationes multiformes esse, ac diuersis vijs peragi. Sunt enim eorum quædam, quæ Lepram potenter purificant per Renouationem et Restaurationem, amplius autem morbum nullum attingunt, licet sint omnino perfecta in ipsorum renouatione et restauratione, excepta morborum distinctione, vt est Quinta essentia, et Magisterium, et Elementum Antimonij: quod corpus leprosum purificat, sicut purificat Lunam et Solem per fusionem, neq; quicq; impuri in eo relinquit, quemadmodum nec in Auro. Sic etiam elementum Auri, et Quinta essentia auri, et oleum auri, et Elixir, cum alijs omnibus infirmitatibus eandem tollit, et renouat atq; restaurat.

in Lepra.

Antimonium.

Aurum.

Sic etiam

Sic etiam Quinta essentia Hellebori et Chelidoniæ, et Melissæ, et Valerianæ, et Croci, et Mānæ, et Bethonicæ. Quæ omnes renouant corpus, sed infirmitates quas diximus non imminuunt. Itidem Quinta essentia Perlarum, Smaragdorum, Saphirorum, Rubinorum, Hiacinthinorum, renouant etiam et restaurāt corpus ad omnem perfectionem, et secum tollunt infirmitates Tartareas, vt Calculum, Arenam, Podagram, Chiragram, Artheticam, et congelatum, et quicquid his simile est, quæ ex Tartaro oriuntur. Quintæ essentiæ et Magisteria, mineralium liquorum Renouant et Restaurant etiam totū corpus absq; omni defectu, cum morbis, Caduco, Syncopi, suffocatione: et qui sunt sensuum priuatiui, vt Mania, Siphita, et similibus: Magisteria et Essentiæ, Tartari, Alum. &c. renouant etiam corpus perfecta renouatione, et vnà tollunt omnia Apostemata, putrefactiones, et humores grossos. Similiter Essentiæ, et Extractiones, et Magisteria, de * Maioribus vel Minoribus, renouant et restaurant totum corpus, et adimūt pariter Febres, Quotidianam, Quartanam, Simplicem, Effimeram. Similiter quoq; * preciosorum, et Perlarum Magisteria totum corpus renouāt et restaurant, omnesq; infirmitates, et accidentia tollunt, faciunt fœcunditatem v-

Helleborus et Herbæ.

Lapides.

Infirmitates Tartareæ.

Cōgelatum.

Minerales liquores.

Tartarum.

Alumina.

** Mineralibus corporibus.*

** Lapidum.*

Fœcunditas.

tatem vtriusq; sexus, et facilitant partum. Sic etiam Archana auferunt omnes infirmitates incurabiles, renouant et restaurant totum corpus, maioribus cũ viribus, et robore, quã quæ antea fuerant. Idem etiam Essentia Balsami operatur, curatq; omnem putredinem, et pestem, cum admirabilibus operationibus. Talia itaq; sunt complura alia, quæ nos alijs in locis indicabimus, et commemorabimus, quæ maiores perficiunt effectus, quàm nobis calamo eos perstringere liceat. Verumtamen illius meminisse debemus, in his omnibus compositionem obseruandam et faciendam esse. Nam quamuis plurima sint numero, Nullum tamen est, quod ipsum solum in generali per se sufficiat vnicuiq; curando pro omnibus restaurationibus et Renouatiõibus, et contra omnes infirmitates, quæ etiam pariter cum ipsis expellendæ sunt. Quare deinceps, modum et praxim intentionis nostræ in hunc finem declarare intendimus. Ac licet non omnes processus in medium proferamus, nihil tamen in his defficiet: eò quòd qui nostra intelliget, poterit secundum scripta nostra operari, qui verò sensum nostrum non assequitur, is erudiri doceriue scriptis nostris non potest. Sufficienter itaq; omnem processum proponemus, prætereq; quòd molestum est nobis ea perscribere, quæ à pluribus scripta et cognita sunt.

Archana.

Balsamum.

Compositio obseruanda.

Nullum renouatiuum, vnum solum ad omnia sufficit.

Accedit ad PRAXIM.

In hoc autem genere nihil omnium potest esse perfectius, ipso primo Ente, cui singularis inest natura essentiam corporis innouandi et immutandi. Est enim Primum Ens imperfectum quoddam cōpositum, quod ad determinatum finem et incorporationem, prædestinatum est. Cumq; sit imperfectum, facultatem habet ea immutandi alterandiq; omnia, quibuscunq; incorporatum fuerit. Exemplo sit Mercurius, qui persimilis est imperfecto primo Enti, quoad perfectionem: nam etiamsi sit determinatus et finitus, non tamen ex imperfectione mutatus est, sed in eam destinatus. Mercurius igitur habet facultatem renouādi totius corporis: ipsi siquidem inest omnium maxima et admirabilis laxatiua virtus, et attractiua: nec satis ea peruestigari potest: et tamen imperfectus totus est, nec in suis operationibus efficax, eò quòd sit Mercurius, et suum primum ens, non prædestinatum sit in aliud corp9: vt enim ipse est, ea sua perfectio est. Dicimus ergo de Primo Ente, ipsum esse perfectum et sufficiēs ad renouandum et restaurandum totum corpus: Vt est Primum Ens Auri. Cuius quidem causa est, quia totum hoc spiritu Auri plenum et occupatum est, omniumq; subtilissimum est, magis etiam multò quàm ipsum verum Aurum. Est enim Primum Ens Au-

IIII. THEORIA De Primo Ente.

Primum ens q̄d sit.

Imperfecti vis.

Mercurius.

Primum ens est perfectū renouatiuū.

Aurum.

 ri æquè

ri æquè penetrabile vti Mercurius inter metalla, Habetq́ secum spiritum Solis, per quem coagulabitur. Solis etenim spiritus, qui primum ens coagulat, aufert ei tantam efficatiam, vt Aurum ipsum centesimam partem eius virtutis et facultatis non habeat, cuius est suum Primum Ens. Petamus exemplum illustrandi gratia à vino generoso, quod vbi semel gelatum fuerit, nunq́ amplius suam priorem vim retinet, neq́ ad illam peruenire potest. Sic itaq́ nobis cogitandum est, si exactè de renouatione et restauratione scribere volumus, quòd primum Ens, id est, prima compositio auri, quæ adhuc etiamnum liq̃r est, non coagulatum quid: ipsum renouat et restaurat omne quod comprehendit, non hominem solũ, sed etiam quemlibet fructum, sed quamlibet herbã, sed quamlibet arborem. Neq́ hoc aliter intelligendum est, quàm Minera metalli cuiusuis, quæ pluribus multò virtutibus dotata est, quàm suum ipsius metallum. In minera enim coniuncta sunt Spiritus Arsenici, et Sal, et Sulphur, et Mercurius: qui si ꝑ ignem purificentur, recedunt omnes ab ea, remanetq́ metallum solum in sua natura. Itidem autem etiam de Marchasitarum Entibus primis sentiendũ est, vt de Antimonio, quod non minus, quàm primum ens Auri cognoscendum est. Nam in primo ente An-

Spiritus Solis cum primo ente.

Vinum gelatum.

Primi entis virtus.

Minera metallorũ.

Primum ens Marchasitarum.

Antimonium.

ente Antimonij ea est virtus, vt quicquid apprehẽderit, transmutet à seipso ex sua ꝓpria natura, quẽadmodum Antimonium facit per ignem. Nam in coagulatione eius, aufertur ipsi virtus hæc separandi id omne ex corpore, quod ex humore radicali ꝓmanat, renouandiꝗ corporis penitus ab ipso vero fundamento. At ipsius primum Ens in tali consistit prædestinatione, vt talis ex ipso procedat virtutis essentia, sicut ex igne calor. Sic autem de Resinarũ quoꝗ primis entibus sentiendum. Nam primũ ens Sulphuris est totalis transmuttatio in omni Ren: et Rest: corporis. Adeò quippe potens est primum ens Sulphuris, vt omnium Metallorum prima Entia tingat in suam naturam, et auferat eorum operationem, reducatꝗ ea vicissim in primam materiam, ac perficiat ea secundum sui naturam in nouum perfectum corpus. Sic etiam primum ens, quod ex Sulphure prouenit adeò potens est in humano corpore, vt totum radicalem humorem renouet, in omnibus eius circumstantijs. Itidem etiam de primis Entibus Gemmarum dicere possumus, quæ in primis ipsarum essentijs, efficacissimè possunt totum corpus reducere in pristinas vires, et emendare ab omni eius inquinamẽto: Renouareꝗ et restaurare, quẽadmodum ignis Plumbum in Vitrum clarificat et diaphanum

Primum ens Resinarum.

Sulphur.

NOTA.

Primuus ens Gemmarum.

Plumbum in vitrum per Ignem.

Smaragdus. diaphanum reddit. Primum nanq; Ens Smaragdi, regenerat et renouat seipsum. Est enim initio perfectum quoddam corpus viridis Marmoris instar, quod ex sua ipsius prædestinatione eius naturæ est, vt sese resoluat ab omni immunditia et grossitie indebita, ac secundo iterum coaguletur, puriorq; efficiatur, hocq; modo interdum tertio, quandoq; etiam quarto renouat seipsum, et reiuuenescit: ac quantò frequentius regeneratur, tantò clarior, et durabilior est. Atq; hac ratione maiores quam alia prima entia virtutes indicat, quibus cætera longè excellit.

Primum ens Salium. Porro De Salium quoq; primis entibus idem animaduertendum est, multò efficaciæ maioris esse eos in sua spirituali virtute, quàm post completam eorum perfectiouem, vt primum ens vitrioli, permutat omne album metallum in rubeum, et rubeum in album, et * violat omnē perfectionem, quamcunq; contigerit aut comprehenderit: ipsum Renouat et Restaurat alia imperfecta corpora metallorum, vt Stanni, iterum in primum ens, et iterum in Stannum quod maiorum est virtutum, quàm prius Stannum fuerat. Itidem reducit in humores radicales, quod ex humoribus radicalibus prouenit, facitq; renouationem et restaurationem copiosiorem et pleniorē, quàm vllum aliud, adeò potenter in humore radicali opera-

Primum ens Vitrioli.

* immutat.

cali operatur. Ad eundem sanè modum etiam Herbarum Arborumq́ prima entia, antequam corpus assumpserunt, et surculos, mille modis maioris sunt in ipsorum virtutibus efficaciæ, quàm cùm corporea facta sunt. Nam Melissæ primum ens totum corpus restaurat et renouat, quod adeò perfectè non potest in sua substantia corporis efficere. Vbi etiam illud cogitare debemus, quòd ne Halcyones quidē seipsas ex naturæ ipsarum proprietate Renouant et Restaurant, sed quia naturæ earum est, viuere de rerum primis entibus, in hunc modum, vt cùm corpora herbarum, seminum, aliorumq́ similium depastæ fuerint, ventriculus earum per digestionē reducit ea in primum ens, et tandem in primo Ente perficit eiusmodi operationem: Nam eius digestiua virtus duntaxat in primis entibus prædestinata est. Ideò initio omnem cibum et potionem suam mutat in primum ens: ideoq́ ijs solis vescitur corporibus, quæ regenerant, renouant, et restaurant. Imò etiam ab initio cum excluditur, ijs solis nutritur, et educatur. Atqui etiam hoc earum est naturæ, quòd post mortem, renouant et restaurãt sese, quod ideo fit, quia prima entia in eis, dum viuunt, nō possunt vltra procedere, et effectum habere debitum, cùm vita ipsarum, adiuuat eorum potestatem, et conuer

Primum ens Herbarum, & Arborum.

Melissa.

Halcyones.

Halcyones mortuæ renouantur.

tatea in sanguinem et carnem, ac eorum substantiam, sanguinis inquam et carnis. Postq̃ autẽ moriuntur, virescunt secundum anni tempus, quo prima entia in gremio terræ indicia sui faciunt, itidem etiam in ipsis: et renouant ac restaurant nouã cutem: Quod nimirum admiratione dignum est in natura, propter eius virtutis et potentiæ magnitudinem: Ac nisi sensu hæc ita se habere deprehẽderẽtur, penitus incredibilia iudicarentur. Ideo autem contingit eas nos eisdem temporibus exuuias facere, sed quasdam maturius, quasdam tardius, ꝙ hoc ratione primorum entium fiat, quibus vescebãtur et pastæ sunt. Alia nanq̃ citius, alia serius crescunt, et sui indicia præbent. Sic etiam vermium plurimi renouantur et restaurantur ex eo, quod nutriantur primis entibus rerum, dum nondum absolutæ sunt in visceribus terræ. Multò plura autem sunt, hisq̃ magis admiranda, quæ nobis incognita et absconsa, quàm quæ manifesta sunt: de quibus plurima sanè scribenda essent, nisi longius à textu libri Ren: et Rest: nos abducerent.

Prima entia non omnia eiusdem temporis sunt.

Vermes.

V.
Prima entia vnde sumenda.

Quamuis autem constet, nos prima Entia qualia descripsimus non posse recipere, in ea natura ac essentia quam indicauimus, Attamen benè fieri potest, vt cognito loco in quo generatur Auri Minera, ibidẽ

sa, ibidem etiam primum ens Auri reperiamus, si anteuenerimus eius absolutionem. Ibi enim signa in ueniuntur et agnoscuntur secundum metallorũ dispositionem et naturam: Vt si Aurum sit in primo Ente, facit Cinobrium pro floribus, reddit arbores feraces, et pingue solum, Renouat arbores veteres, vt plerunq; contingat, arborem quæ à viginti annis nullum tulit fructum, quamprimum à primo ente Auri, ipsa aut radices eius imbutæ fuerint, mox iterũ virescere et flores proferre, queadmodũ faciebat ab initio. Multaq; alia huiusmodi stupenda fiunt In Primo Ente Auri, præter hæc, quæ hic descripta sunt: quæ omnia sunt vnicum Indiciũ quòd eo in loco Primum Ens lateat, et habeatur. Verùm si Flammarum et Exhalationum coruscatiões scintillantes eo in loco appareant, inditio sunt metallũ ex primo ente iam exijsse, ineq; coagulatiõem transire: Talia autem indicia leges De Origine Mineralium, quæ Soli, quæúe alijs metallis conueniant. Sic etiam signa aliorum primorum entium agnoscẽda sunt, de origine ipsorum. Postq; verò huiusmodi signa Primorum Entium visa inuentaq; fuerint, sciendum est illud primum ens, non aceruatim vno in cumulo haberi, sicut tunc cum iam perficitur, sed per totam eius loci humum dilatatũ esse. Hæc itaq;

Signa primi entis.

Auri.

Primum ens est dispersum in intimis terræ.

humus in virtute primi entis est, et illud ex ea extrahendum est, vt exempli gratia sit Chelidonia, quæ antequam componatur, primum eius ens est in terra, in qua consistit: quare ea terra accipienda, et ex ea primum ens extrahendum est, quod, vt iam indicauimus, Chelidoniæ virtus omnis est. Attēde itaq; huiusmodi differentiam nos facere inter primū ens, et Perfectum, quòd Primum Ens Restaurandi, Renouandiq; vim habet, ob causas iam expositas: Perfectum verò tandem, solùm cognatam naturam renouādi virtutes habet, cui videlicet adhæret, et quā sequitur, neq; tamen hanc perfectè. Ex his itaq; sequitur, quòd si eiusmodi virtutes primorum entiū inquirantur, debere ex coagulatione eorum retrahi et corrumpi, Vt de Archanis et Quinta essentia indicatum est, quorum tamen omnium virtus maxima est in Primo ente. Neq; quisq; Philosophorū miretur, posse ex humo, in qua certo simplex q̄dpiam prouenit, antequam illud incorporetur, omnem eius simplicis virtutem extrahi et auferri, atq; seorsum conseruari: humum verò illam iterum in suum locum reponi, ita vt nuda solùm terra sit, nec fœcunditatem vllam iam habeat, cùm primum ens, quod in ipsa delitescebat, iam ablatum sit ab ea. Hinc itaq; fit, quòd quum huiusmodi virtus primi entis ex-

Primum ens.

Perfectum ens.

Principium praxeos aperit.

Primi entis virtus omnium maxima.

Germina primi en-

entis extracta vitroq́ inclusa fuerit, ex seipsa in eo secundum formam et dispositionem eius simplicis pululet, et crescat, sine omni terra: postquam verò succreuerit, nullum vtiq́ corpus habeat, et tamē ad instar corporis formatum sit. Cuius causa est, quòd nullum liquorem terræ habeat. Estq́ eius species tanq́ spectri cuiusdam, quod vnico digito iterum in succum reducatur, tanquam fumus quidam, qui formam quandam substantialem indicat, et tamen incomprehensibilis est. In huiusmodi igitur germinibus Primum ens incorruptum est, in omni sua perfectione, sicut in terra. Quare ex primo ente Auri, hunc in modum conceptum Aurum crescit, quod in * tactu similis aquæ rubeæ est, et in ramos expãdit sese, et erigit, tanquam solidum aurum esset. Atqui iam hæc huiusmodi missa faciamus, et procedamus cum his, quæ itidem renouant et restaurant, postq́ præparata fuerint et confecta, sicut per artem fieri possibile est: quod quamuis breuibus nos scribam⁹, sufficienter tamen intellectui eorum ostendimus, q in Medicina et Philosophia exercitati sunt.

tis sine corpore in vitro.

Aurum ex primo ente germinans.

** ad sensum.*

Transitio.

Imprimis igitur Renouantia et Restaurantia, quæ iam per nos indicata sunt, cognoscenda sunt: postea ex ijs primum ens extrahendum, cum quo Renouatio et Restauratio peragenda est. Secundũ

PRAXIS.

 hoc prin-

hoc principium autem nostrum, Quatuor propo- nimus mysteria, Vnum de Mineralibus. Alterũ de Gemmis. Tertium de Herbis. Quartum de Liquo- ribus, in eum qui sequitur modum.

Primum Ens de Mineralibus.

RECipe Mineralis Auri vel Antimonij, redacti in puluerem subtilem, libram vnam, Salis Circulati quatuor libras: commisce simul, et digere in fimo e- quino mensem vnum, verteturq́ in aquam, huius separa purum ab impuro: Post recipe purum, et cõ- gela in lapidem, quem * calcinato Tartaro reuiuifi- cato, tandem separa iterum ab eo, et solue sup mar- more. Hoc solutum putrifica denuo mensem vnũ, verteturq́ in liquorem, in quo omnia signa appare- bunt, sicut in primo ente Auri vel Antimonij. Ideoq́ merito licet nobis illarum rerum primũ ens nominare. De Mercurio quoq́ autem, et cæteris itẽ Metallis idem sentiendum.

* imbibe cum

Primum Ens de Gemmis.

RECIpe Smaragdi subtiliter puluerisati vnciam vnam, calcina in Sale soluto, donec dealbetur: po- stea solue: solutum, positumq́ in Phiolam luto Her- metis sigillatam, pone in ignem apertum cum nudo vitro, vt materia sursum eleuata pendeat, neq́ om- nino fundum attingat, quod continua, donec à spi-

ritualitate

ritualitate sua in fundum cadat, in forma corporis instar liquoris mellis. Hoc indicat virtutes Smaragdi, quare iusta de causa Primum ens Smaragdi vocare possumus.

Primum Ens de Herbis.

RECipe Melissam, et contunde minutim veluti in succum, quam imponens in vitrum, luto Hermetis sigillatum, in fimo equino digere mensem vnum, post distillari per Arenam finito mensem vnum, tandem separa purum ab impuro. Deinde repone purum in vitrum cum sale soluto, quod clauso vitro digere in Sole mensem vnum, et inuenies in fundo liquorem spissum, Salem verò super innatantem. Hæc separa mutuo ab inuicem, Habebisque virtutes Melissæ, quales in eius primo ente sunt, et est primũ ens Melissæ.

**Mineræ Sulphuris primum Ens ex Liquoribus.* Artzt.

RECipe *δδ et Salis soluti, permitte per se resol- * *Sulphuris.*
ui omnia in aquam, hanc quatuor vicibus distilla sursum per Alembicum, Transibitque albedo quædam, quæ præbet omnia indicia virtutum primi entis *66. Quare optimè loco primi entis ve^{is} eam * *Sulphuris!*
recipere possumus.

Hunc igitur in modum hæc quatuor prima En- *Vsus primi entis qualis.*
tia de-

tia descripsimus: restat vsum eorum animaduertere, quomodo et qua ratione ijs vtendum sit, ad consequendas eorum virtutes. Est ergo modus hic, vt prima entia, quæcunq; tandem fuerint imponantur in vinum generosum, tantùm vt vinum ex eis coloretur, quod cùm tinctũ fuerit, satis p̃paratum est, q̊ ad præsens regimen attinet. Hoc etenim bibendum est quotidie in aurora, continuando, donec excidãt inprimis vngues digitorum manuum et pedum, postea pili defluant, tandem dentes excidant, vltimò cutis exiccetur et noua suboriatur, quæ cum singula euenerint, tandem cessandum est ab vsu potionis medicamenti. Succrescent autem noui dentes, pili noui, nouiq; vngues, Et recedunt infirmitates corporis et mentis, vti ab initio ostensum est. Atq; hoc modo librum nostrum de Renouatione et Restauratione concludimus.

Interpres:

DVo hi libri nouißimi, etsi in manu scripto codice, non præferebãt titulum Archidoxis, sed simpliciter De Renouatione & Restauratione Liber Theophrasti: & Liber de longa vita &c. inscribebãtur: Tamen memores eorum nos, quæ ab authore libro primo dicta sunt de Decimi libri occultatione ab Idiotis, cùm existimemus studio dictæ occultationis titulum noluisse exprimere, quò Archidoxis inscriberetur: & tamen videamus reuera duos hos libros perinde se habere ad Archidoxis priores octo, sicut se habet Conclusio Syllogismi ad Præmissas: non dubitauimus eos ad eandem Tituli inscriptionem adoptare & referre. Relinquimus tamen liberum tibi iudicium, & appellandi arbitrium, neq; de Titulo ad cruorem vsq; pugnabimus, dum modo vitulum, id est fructum libri, mecum pariter consequaris. Cæterum quamuis quædam vocabulorum signa potius quàm vocabula ipsa nobis difficultatem fecerint non exiguam, potuerimusq; fidem nostram in vertendo saluare, etiamsi tantummodo signis positis, aut stellulis, liberam cuiq; coniectandi potestatem relinqueremus, aliorum interpretum exemplum in eo imitati: Tamen vt hac quoq; in parte labore & nauseabili dubitatione pro viribus nostris te leuaremus, maluimus signa quoq; nonnulla exprimere, & diuinationem nostram potius quàm interpretationem adiungere, nulla tamen prophetandi libertate tibi erepta. Vbi verò stellulæ indicium solum positum est, tam in textu, quàm in margine, ibi defuisse tam signum quàm dictionem ipsam significare voluimus: at si stellulæ marginis dictiones adiunctæ sunt, nostra diuinatione coniecturaq; positas intelliges, vel ad supplendum defectum, vel ad explicandum obscurum. Nostrum igitur studium si candido pectore susceperis amice Lector, nos tibi gratiam debere profitebimur. Vale, & mysterijs naturæ fruere.

ARCHIDOXIS EX THEOPHRASTIA PARACELSI MAGNI.

LIBER DECIMVS.

De Longa Vita.



Procemium. Medicinæ triplices Conseruatiuæ Præseruatiuæ Curatiuæ.

[Q]VVM igitur reperiantur Medicinæ, quæ sanum corpus ad duas pluresq; senij ætates conseruant: à morbisq;, infirmitatibus, putredine, superfluitatibus, et à consumptione præseruant: Si quibus verò grauatum infirmitatibus fuerit, eas penitus tollunt: apprimè necessarium est Medico, huiusmodi medicinas summa cum diligentia exquirere atq; funditus perscrutari. Plurimi nanq; sunt incurabilium, ac diuturnorum, morborum pariter et accidentium, qui omnes per conseruationem longæ vitæ tolluntur penitus, et ab ipsa eorum origine prima extrahuntur, Quapropter cùm nobis animus sit de præparanda vita longa scribere, duplex nobis orationis cursus instituendus est, vnus quo Theoricè rem expendentes loquamur, alter vt practicè de eadem disseramus. Hac itaq; via duplici sustentationis longæ vitæ ratio intelligenda propo-

Propositio.

Partitio.

THEORIA.

I. An sit longa vita.

da proponetur. Nemo autem rapiatur in admirationem, neq; quisquam Medicorum erubescat, quòd vitam protrahi et prolongari phas sit: cùm duæ eius rei causæ nobis in numerato sint, quarum vna quidem est, quòd nullus Terminus Mortis statutus est, quo videlicet die nobis moriendum sit, sed vita nostra in potestate nostra posita est. Altera causa est, quòd habemus creatam medicinam ab eo, qui nos creauit, ad conseruandum corpus in eius salubritate, aut ad depellendas eius infirmitates. Hinc igitur penitus intelligere nobis licet, quòd neq; Mors infirmitatem morbùmúe vllum afferat, neq; contrà infirmitas morbusúe Mortem: ac etiamsi iŭcta hæc simul essent, eorum tamen ea mutuo est inter se conuenientia, quæ ignis et aquæ: tantumq; inter se disconueniunt. Nam morbus naturalis inuidet morti, et irreconciliabili odio disidet ab ea, eamq; fugat: nullumq; omnino toto in corpore membrum eam amat: Itaq; diuersa planè est Mortis essentia, ratioq; distincta ab infirmitatibus. Ad perficiendum verò et obtinendum hoc propositum nostrum, nos cum nostris tantùm loqui conuenit. Experientia nanq;, cui notæ sunt proprietates rerum, plurima intelligenda subministrat, quæ ab insignibus duntaxat artificibus inueniri possunt quotidiano exercitio:

Longæ vitæ duæ Causæ.

1. *Terminus mortis nullus.*

2. *Medicina creata.*

Mortis & Morbi disconuenientia.

Homo.

** à Renouationis poßibilitate, ad poßibilitatem longæ vitæ argumẽtatur per locũ à similibus & consequentibus.*

Metalla.

communi autem Medicorum plebi, ad quos hæc nostra scribimus, abscondita et ignota sunt. Illud aũt constat manifestè, quòd Renouationem et Restaurationem fieri possibile est, totiusq́ corporis alterationem, emendationemq́. Itidem ad sensum deprehẽditur, Omnia metallica corpora purificari, adeò vt nunquam putrescant, neq́ ferrugine laborent. Ligna autem, et Cadauera mortuorum inũcta Balsamo nunquam putrescunt. Quæ cùm naturæ possibilia sint per Artem, nemo abhorreat nostra scripta et exempla, quorum adeò exigua proferimus. Neq́ verò ideo inuicem conferimus metallorum, hominumq́ corpora, quod ea vnum quid esse opinemur, sunt enim duo multùm inter se distãtia, Sed quòd in vtrisq́ similis conseruandi et præseruandi ratio sit: quòdq́ per experientiam liceat dicere:

** Cadauera.*

Quemadmodum corpora sine vita Balsamo condita conseruantur: Sic etiam, et quidem multò rectius viuentia quoq́ corpora conseruari et sustentari.

II. Quæ species longæ vitæ.

Imprimis autem sciendum est, Conseruationum plures esse, quoad hominem, species et diuisiones. Hic enim animaduertenda est iuuentus, habendaq́ eius ratio est: Sic etiam mediæ, reliquarumq́ ætatũ. In his enim differentiæ inueniuntur tales, quarum aliæ iuuenibus competunt, aliæ mediocribus ætate,

aliæ item senioribus conferunt et proportionātur. Sed etiam hoc considerandum occurrit, quamobrē quandoq; in Iuuene, quandoq; in mediocris ætatis homine, quandoq; in sene incipienda Conseruatio est, neq; expectandum sit tempus verè concessæ decrepitæ senectutis. Hinc itaq; cognoscendum est, vitam longam trifariam diuidi, iuxta quod trium ætatum modo meminimus. Tenerrimam itaq; vitam aliquando in vtero materno destrui contingit, quādoq; in cunis in infantia, aliâs in adolescendo pluribus et difficilioribus laboribus, aut inordinata intemperataq; ciborum, et potationum ingluuie, per quæ talis naturam tabes occupat, vt penitus eneruata et elanguida facta, nequeat veram hominis senectam attingere. Huiusmodi itaq; iuuenile corpus, cum hoc modo affectum esse Medicus deprehenderit, æquè ac decrepitum iudicet. Perinde siquidem suos habet defectus, perinde in sui natura absumit, et tabescit, vti senile. Infantes verò, qui, vt pluribus accidit, in ipsa matris aluo vires suas viuidas amittunt, imbellesq; et flaccidi nascuntur: statim vt nati fuerint conseruatiuo potandi sunt, matrisq; vbera eo inungenda sunt, vt in praxi annotabitur. Vbi sanè notandum est, horum senectam non posse adeò prolongari et extendi, vt eorum qui in ætate ipsorum tene-

Conseruationis initium triplex.

Lōga vita triplex.

Prima ætas.

Mala vitam longam destruentia.

Iuuenilis senecta.

Longa vita primi gradus breuissima.

 rum tene-

rum tenera eiusmodi deliquiũ paſsi non ſunt: ideoq́ꝫ horum ſenectutis prolongatio, virium reſpectu æſtimanda eſt: Illudq́ꝫ nouiſsimum ſenectutis temp⁹ habendum, quo emoriuntur, neq́ꝫ ad iuſtam ſenectam perueniunt. Hoc enim eſt ipſorum longiſsimũ tempus. Media autem vitæ ætas in illud tempus diſtribuitur, quo corpus deſinit creſcere, et in ſtatu ſuo quieſcit. Si itaq́ꝫ corpus in hoc ſtatu ſuo, ante canitiei aſperſionem, mortis periculum incurrat, q̃d mediam eius vitam, ante decrepitam, eripiat, per inordinata laborum exercitia, aut per crapulam, aut per quamlibet huiuſmodi ſpontaneam corruptionem, ſine naturali periculo: ſcire conuenit, in his initium conſeruationis inchoandum eſſe ante rectam et conceſſam homini ſenectutem. Quodſi enim longius dilatum fuerit, nõ poterunt eam attingere, niſiq́ꝫ tarde eis ſuccurretur. Similis etiam in extrema ſenecta obſeruari debet differentia, cuius initiũ à canitie albiſq́ꝫ ſumitur capillis, ac vſq́ꝫ ad mortem extenditur. Cùm itaq́ꝫ talis ſenectus, inſalubrem vitam degere cognoſcitur, ſicut priores duæ iam dictæ, fiat conſeruationis principium maturè in prima canitie. At ſi natura roburq́ꝫ eorum bene conſtiterint, ſalubriaq́ꝫ reperta fuerint, conſeruatio quoq́ꝫ longius differatur, ac ad tempus neceſsitatis vſq́ꝫ protraha

Media ætas. *Media ſenectus.* *Periculũ in mora.* *Extrema ſenectus.*

protrahatur, quo poscente vsui tādem exhibeatur. Hoc itaq; modo vitæ diuisio triplex est, vti iam diximus. In qua autem quis conseruatione vti ceperit, in ea ætate noua senectus suum accipit exordiū, supputando tempus à iuuentute vel infantia, vsq; ad tempus inceptionis.

III. Obiectionem assumit.

Verùm nobis talia dicentibus obiecerit quispiam eiusmodi Argumētū tanq; Empiricis. Si nobis adeò ad amussim datum est consequi senectutem hominis extremam, ac mortem infirmitatesq; fugare: qui fit vt tot tantiq; Principes ante tempus immatura morte rapiantur, Itemq; potentissimi Cæsares, et Reges, hisq; non inferiores alij rerum domini, quibus debita senect9 per mortem aufertur et eripitur: Maioremq; insuper vitæ partem in infirmitatibus, quàm in bona valetudine transigunt, quùm tamen Auri Argentiq; ingens sit ipsis numerus, nec vllis parcatur sumptibus, nec intentatum quicquam per eos relinquatur. Huiusmodi autem Idiotarum obiectio, quamuis non sit nostris declaranda, vel explicanda, cùm ipsis in promptu sint rationes et causæ, quæ ad sensum talis argumenti diluendum faciunt: Attamen alijs hoc modo respondendum ducimus: Nos scilicet, neq; nostris temporibus, neq; veterum memoria aut legimus, aut audiuimus, quequā Dominorum

Assumptam diluit obiectionem.

1. Ratio. Negligentia & Ignorantia Principum.

minorum Regumq́; qui talium diligenti inquisiti-
2. Ratio. one facta, ijs vsus fuisset, præter vnicum Hermetẽ.
Exemplum Hermetis & veterum tantum. Ac licet etiam plures alij hoc in numero * fuerint,
vt De Renouatione et Restauratione meminimus,
* quo Hermes. eorum tamen notitiam idiotæ isti nullam habent,
ideoq́; non proferimus eos pro solutione istius ar-
3. Ratio. gumenti. Quin illud potius dicimus, Cæsarum ac
Ignorantia medicorum. Regum, Dominorumq́; Medicos minus habere ra
tiõis et intellectus rusticis agrorum cultoribus, mul-
toq́; plus ad mortem morbosq́; inducere suos ipso-
rum Principes, quàm ad vitam. Quare cùm eiusce-
modi habeant Medicos, impossibile est eos ad debi
tam ipsorum senectam peruenire posse. Hæc itaq́;
sit Argumenti solutio, ab Ignorantia Medicorum
ducta, qui nominis tantum titulo sibi patrocinant.
4. Ratio. Sed age, ne hæc quidem responsio sufficiat. Mon-
Principum consuetudo victus intemperãs & peruersa. strabimus igitur inordinatam, maleq́; dispositam
Principum consuetudinem, et intemperatam vitæ
rationem, quibus elatus superbi animi spiritus sæpe
vitam abrumpit, cùm plerunq́; pœnam atq́; vindi-
ctam mæreantur potius, quam pietatem et benigni-
5. Ratio. tatem. Ex singulari itaq́; vindictæ pœna, plerisq́; vi
Mors vt pœna & vindicta. tæ abbreuiatio venit: Sed quotusquisq́; est eorum,
* 1. 3. 4. cum 5. qui hæc cognoscat? His itaq́; * tribus breuis vitæ
causis, argumenti solutioni satisfactum est.

Iam verò

Iam verò declarare instituimus, non solùm supra expositam triplicis vitæ, sensúe diuisionem considerãdam esse: Sed multò magis atq; exactius ipsam Originis morborum diuisionem, quæ bifariam diuiditur. Corpora siquidem aliquando quidem grauantur infirmitatibus ex inordinata vitæ ratione, ita vt in Hydropisim, Icteritiam, Podagram, Caducum, Pleuresim, et alias similes infirmitates incidãt, quarum aliæ diuturnæ, Chronicæ Græcis, aliæ acutæ aut sunt, aut fiunt. Aliâs verò temporis ratione, ex accidentibus, etiam in quantumuis ordinatam, et benè temperatam vitam atq; salubritatem, infirmitas incidit, vt Pestis, vt Mania, et similes aliæ, quæ vitam æquè abrumpunt. His igitur duplicibus morborum generibus, per processum Longæ vitæ occurri potest.

De morborum origine.

I. Inordinata vitæ ratio.

II. Temporis ratione accidentia.

Atq; hic simul etiam ea morborum differentia consideranda venit, quinam videlicet morbi ex natura proueniant: qui ex extrinsecis quidem, et tamẽ naturaliter veniant, et qui præter naturam originẽ habent, vt Incantatio et Superstitio. De quibus sanè profundioris intellectus meditationes habere cõuenit. Quoties nanq; talium quippiam euenit, semper cogitandum est, aut vltionem esse, quæ curari non potest, aut pœnam: quare hæc nobis exempta

Morbi origo triplex.

1. ex natura.

2. ex extrinsecis.

3. ex mente præter naturam.

Mentales infirmitates, aut pœna aut vltio.

sint: nostrosq; monitos velim, vt ab his manus ab- stineant. Quod verò à natura et secundum naturã procedit, id secundum naturæ cursum posse curari conseruariq;, ratio docet. Quanquam certam omnino habeamus notitiam, recordemurq; quorundã Annulorum, Imaginum, et similium; quæ omnia præseruant vitam à morte: Eorum tamen præsenti in opere paucissimis admodum mentionem faciemus, Latiorem verò de ijs informationẽ ad Astronomiæ præcepta, quamuis alia methodo et via, remittimus.

Infirmitates naturales.

Annuli & Imagines Astronomicæ.

Secundum hanc itaq; morborum per nos propositam differentiam, meminisse debemus, Eius generis morbos qui corpori adueniunt, ipsumq; grauãt non ex corporis ipsius natura aut debilitate, sed alijs ex causis: imprimis remouendos esse, ante quã conseruationis vsus inchoetur. Similiter etiam ægritudines acutæ, prius transeant, et præterlabantur oportet: Alios verò morbos vt Podagram, Chiragram, Caducum, et similes, qui non hac ratione remouendi sunt: per conseruationem absumi.

Morbi qui ante cõseruationem amouendi, vt Extrinseci. Acuti.

Qui morbi per conseruationem tollũtur.

Tres igitur morborum differentiæ tenẽdæ sunt. Vna de morbis longis, quales sunt Febres, Hyposarcha, Icteritia, et his similes: Altera de morbis Egestis, vt sunt Pestilentia, Pleuresis, Apostema, et huius ge-

Differẽtia triplex morborum. Morbi Longi. Morbi Egesti.

hui9 generis alij. Tertia de morbis diuturnis, vt Podagra, caduco, et similibus. Quapropter duplices ante morbi prætereant oportet, et secundi generis curentur: Tertij verò in conseruatione cum conseruatiuo ad absumptionem ordinentur. *Morbi diuturni.*

Amplius autem etiam considerandi sunt morbi qui ex mentibus proficiscuntur, quiq; vel ex æstimatione propria, vel ex alicuius imaginatione, vel ex incantatione, similiter et ex superstitione, iuxta differentias suorum generum, veniunt. Quod enim ad conseruationem attinet, morbi omnes huius generis qui ex mentalibus veniunt, mentali modo et ratione tollendi sunt: Et qui ex æstimatione propria oriuntur, per obiecta expelli debent: Qui verò ex Imaginatione procedunt, per sibi similes imagines: qui autem ex Incantationibus, per contrarias incantationes, amouere eos oportet. Ex superstitionibus quoq; venientes, per superstitiones illis oppositas, sanabuntur. Postquam verò omnia eiusmodi morborum genera et differentiæ à corpore amotæ, expulsæq; fuerint: tum demum subsequitur conseruatio, in septem species seu methodos, tanquam capita, diuisa. Earum sane vna est ad naturales vires aut imbecillitatem: Altera ad accidentales morbos, eos arcendos scilicet in futurum: Tertia contra Menta-

Morbi mentales plures.

NOTA.

Imaginatio.

Incantatio.

Superstitio.

Conseruatio indu-cenda post curatio-nem.

Conseruationis species, vij.

les ægritudines: Quarta contra Incantatiões: Quinta contra Imaginationem: Sexta contra Æstimationem: Septima verò contra Superstitiones.

Complexiones cur taceantur.

Cæterum etiam si nullam in his fecerimus complexionum mentionem, non est tamen quod admiremini. Conseruare nanque totum corpus in longam vitam, non est situm in complexionibus, quatenus videlicet ipsæ recto aut falso constent æquilibrio, aut plus minusúe æquo diminutæ sint: Sed in virtute naturæ duntaxat id omne consistit, ex qua nimirum reliqua oriuntur omnia, atque emanant. In conseruãdo quippe vitam longam, vnica est virtus, quæ detrahit quatuor humores, quorum nulla penitus ratio habenda est. Medicus itaque, qui ex complexionibus medicatur virtutem naturæ, tanti æstimãdus planè est, quanti is qui flammam ab igne extinguit ne vrat, carbones autem ignitos relinquit. Maior nanque cura in id impendenda est, vt radices arboris conseruentur, quàm rami, cùm ex radicibus vis proueniat tota. Si verò ex accidenti quippiam sinistri ramis eueniat: sicut Radici vitæ ex complexionibus aut humoribus accidere potest: id accidens nimirum est, quod sanitatem quidem non confert, adimit tamen. Huius vtique facimus mentionem, vbi loquimur de tribus morborum generibus. Tota itaque in-

Conseruatio ex sola virtute naturæ est.

Radix vitæ.

itaq; intentio nostra est, reddere Vitam radicibus, eisq; imprimis prospicere: iuxtaq; etiam ramis ex radicibus suum attrahentibus nutrimentum, vt Cõplexionibus Qualitatibus &c. sua cuiq; remedia indicare, et demonstrare.

Rami vitæ complexiones et humores.

Cum autem vitam breuem, longam efficere nobis propositum sit, operæprecium est considerare, Quidnam vita sit: In quo consistat: tum quæ sint per quæ minuatur aut producatur. Imprimis igitur vitam, simile quiddam dicimus auditui, visui, tactui, gustui, et odoratui, idq; ideo, vt secundum naturam scire valeamus, quidnam ipsum sit quod visum efficit, et quomodo efficit. Res corporales enim, quæ ex natura penitus cognosci possunt, videmus quomodo in corpus veniant, aut corpora fiãt: Vitam verò non itidem, cùm non ex semine materialiter generetur, sed spiritualiter ex ipso, naturali quadam origine, prosiliat. Vt cùm Silex Calybe illisus fuerit, ex eorum collisiõe ignis exilit, cùm neq; in Calybe neq; in Silice vllus sit ignis, et tamẽ ignẽ præbent. Sed neq; naturæ eorum igneæ sunt elemẽti ratione, aut complexiõis, aut adustibilitatis: quin potius multo plus resistunt igni, quàm vllum aliud lapidum aut metallorum genus in adurendo, vt de Transmutationibus videbitur, quod nullus omnino ignis

Noua propositionis partitio.
1. Quid vita sit.
2. In quo sit, &
3. Per quæ regatur.

Vita ex semine spiritualiter, non materialiter prosilit.

Calybs & Silex.

no ignis ex eis haberi potest. Similiter omnino vita quoque exilit ex eo, cui nulla inest, tanquam ex semine, radicibus, spermate, et aliis similibus. Sicut igitur scintilla ignis ex Silice, ex virtute scilicet * Entis, et non ex virtute [e] Esse: Itidem ex Ente vita hominis quoque prouenit.

quatenus silex est ens, id est, silex subsistens in natura.

[e] *vt esse silicis sit esse Ignem vel ignis.*

V

An vita possit prolongari.

Iam verò discutiendum nobis est, et disputandū, an vita posit prolongari, emendari, et corroborari, cùm ipsa sit incorporea, et res quædam fugitiua ac volatilis. In hoc itaque passu, eadem vitæ, quæ et ignis ratio est. Vt enim ignis, quò plus habet lignorum, eo plus ardet: Sic vita etiam, quò plus humoris vitæ habet, eo plus spiritus vitæ in vita est, viuitque plus. Scire autem nobis, quare ignis ex ea reueniat, in qua nullus est, non est posibile. Quāuis multi fundamentum suum ponant in duritie: quæ tamen causa sit, cur durities id ex se præbeat, quod penitus in ipsa non est, non vtique explicatur. Sic sanè de vita quoque dicendum est, quòd cum vitam instar ignis videamus et ardere, et viuere, materialiter nobis veluti in imagine proposita est, visibiliter, et sensibiliter, quid vita sit, et quid ignis: Hoc itaque modo cognitionem vitæ habemus, vt sicut ignis in ligno viuit, inque resineis, et oleagineis: Sic etiam vita ex humoribus viuit, secundum q̄d vel boni sunt,

Vitæ ad ignem cōparatio.

vel pra-

vel praui et vitiosi: validi aut debiles, quemadmodum et ignis lignorum ratione bonus vel malus. Naturalem igitur sequuti cursum ipsam emendare possumus, addendo atque subministrando ei id, in quo ipsa exultat, et refocillatur: atque id moderari iuxta nostrum arbitrium licet, fortiter, atque etiam fortius addendo, et vno deficiente, mox aliud substituendo in eius locum: Quemadmodum ignem iam iam imminutum et penè deficiētem, subiectis denuo lignis excitamus, vt iterum maior maiorque fiat quàm initio fuerat. Atque hæc omnia fiunt per Additiões aut minora aut ampliora et potentiora, pro arbitrij nostri moderatione. Non est igitur cogitādum, quòd oporteat nos hoc die, vt nono Martij, vel ante, vel post, mori: Est enim planè alienū à Christiana Religione, putare non posse nos vitam nostram extendere per medicinas, quæ ad eum finem Diuinitus creatæ sunt: Imo etiam plus * adulatorium est et Beanicum, non credere hæc in nostra potestate esse posita, tanquam ignem: in eoque nos solummodò deficere, quòd non æquè cognoscamus lignum, quocum vitam nostram accendere posimus, sicut de Igne cognoscimus. Neque verò naturæ repugnat, viuere quenque vsque ad Renouationem sæculi, sed nostræ solùm rationi, cuius potiore parte deprædati sumus,

Vita naturali cursu emendabilis.

Non est morti tempus constituendum

** Idolatricum.*

Lignum vitæ nobis incognitum.

sumus, alienum videtur: possumusque non abre cogitare in animis nostris, quorsum nobis conferat, vitam longam in nostra sitam esse potestate, cum eius rationem ignoremus? Adam quem omnium hominum qui vnquam nati sunt, intelligentissimum, et omnium artium pitissimum fuisse iudicamus, eiusmodi rerum cognitione valuit, quamuis ad extremum ligno vitæ priuatus sit, mortuusque ante, quàm illud ei daretur. Neque verò hæc Theologicè, sed Medicè accipienda sunt: Est enim naturaliter Lignum vitæ, quamuis idem sit etiam Lignũ animæ.

Adam.

Differentiæ locorum.

Facultates. Terræ. Elementorum. Ventorum. Syderum. in conseruanda, vel vita tollenda.

Scribentibus autem nobis huiusmodi institutionem vitæ longæ, Locorum quoque differentiæ animaduertendæ sunt: Regnorum etenim Regiones, Vrbium, itemque Vallium &c. alia aliis salubriora, vtilioraque sunt ad vitam longam. Vbi etiam Terrarum, Elementorum, Ventorum, et syderum nonnullæ causæ obseruandæ veniunt. Horum nanque omnium ea est facultas, vt quodlibet eorum ex sua natura valeat supra communem vitæ terminum, producere vitam longius. Ex terra quippe generantur et proueniunt omnia, quibus corpus nostrum nutritur, et conseruatur, etiam quibus perimitur et destruitur. Vnde sane colligere potes, non solum nociua, qualia sunt Venena et Opiata, pro nostris corporibus

Terra vt insalubria, et nociua: Sic et bona ac salubria profert.

poribus creata esse: Verùm etiam bona et salubria, quæ vitam nostram æquè adeò potenter tuentur et defendunt, (in quorum numero sunt Aurum et Melyssa,) vti illa destruunt. Non enim existimare debemus medicinas tantummodo contra morbos esse creatas: vt Tyrum contra venena: in salubribus verò corporibus nullius eas esse virtutis, nullamq; habere efficaciam: Quin potius hinc argumentum sumamus, eas sanorum corporum salubritatem conseruare. Possumus certè quotidiano victu nobis infirmitatem accersere: possumus etiam sanitatem roburq; confirmare: possumus deniq; bonam conseruare valetudinem: secundum naturam eorum, quibus vtimur, nostramq; vtendi ijs consuetudinem. Similiter ex Elementis quoq; vtilia simul atq; noxia concipimus. Nam quantum nos ignis comburit et consumit: tantum aqua econtrà extinguit: aliaq; incommoda sæpius ex vtrisq; accipimus. Aër verò tantæ vtilitatis nobis est, vt vitam nobis non deneget, nec à nobis recedat ipse, quin imò nos ab eo discedamus. Ex quo facile emergit, si vnum quodpiam Elementorum nobis contrarium sit, conseruari nos ab altero, ita vt ex mutuo ipsorum concursu sic temperentur, ne quod eorum nobis noxium sit, sed commodum atq; vtile.

Medicinæ vt morbos tollunt: sic sanitatem conseruant.

Cibi.

Elementa.

Ignis.

Aër.

Aër pestilens.

Quamuis autem aër occidere etiam nos posſit, per ſui infectionem, quæ ipſi veluti incorporata eſt: tamen poſſumus eiuſmodi aërem certiſsimis indicijs cognoſcere, et ipſum effugere ac euitare, bonoq́ꝫ commutare. Aër enim eſt et Particularis et vniuerſalis, vno quidem in loco bonus et ſalubris, alio noxius et morbidus: quemadmodum Terra aut *[illegible] alia melior eſt quàm alia. Sed etiam de Aqua, vti de aëre ſentiendum, eademq́ꝫ ratione de Igne quoq́ꝫ: Melior quippe ignis ex hoc, quàm ex illo fit ligno.

Terra.

**Domicilium ſiue Domus.*

Aqua.

Ignis.

Aſtra poteſtatem habent vitæ & mortis.

Idem porrò etiam de ſuperiorum aſtrorum influentia eſt iudicium, eodemq́ꝫ modo cognoſcenda ſunt, quòd vehementer poſsint vitam noſtram corrumpere, multiſq́ꝫ modis bonam nobis valetudinem adimere. Vtq́ꝫ eam adimendi vim habent, ita cogitandum eſt, eadem ipſa habere itidem facultatem et largiendi, et producendi vitam, ſanitatemq́ꝫ. Nulla ſiquidem ſyderum omnium ſecta, nullumq́ꝫ genus eſt mali, quod ipſum non ſit etiam bonum. Ac quãuis ipſa ſydera non habeamus in poteſtate noſtra, ſecũdum noſtrum velle, vt ſcilicet nobis appropriemus Iouem, Martem verò abijciamus, aut alia nobis ſydera eligãus, quæ nobis cõmodiora eſſent, quæq́ꝫ nobis placerent: vt facimus in herbis, quarum quæ placent eligimus, quæ diſplicent abijcimus. Huiuſmodi et-

Sydera in poteſtate hominis quomodo ſint, aut nõ ſint.

modi etenim facultatem nos in superiora habere, ademptum nobis est, vt nullam penitus vim habeamus ea mutandi, ordinandi, statuendi, aut incitandi. Attamen ex eorum inclinatione Virtutes eorum in nos attrahendi, potestatem habemus: quod fit p medium, in quod ipsa agunt, et quod tandem in nos itidem agit, Vt de Annulis Planetarum, et alijs Imaginibus clarius scribemus. Cùm itaq; in iam dictis speciebus nostra consistat vita, et per ea aut auferri, aut prorogari et produci posit: amplius porrò exquiramus oportet, nosq; informemus, quid boni maliúe ex eis posit nobis pvenire, atq; in nos deriuari: Vt videlicet potentiam Diuinam, creaturarumq; cognoscere posimus; cuius quidem intima ac abstrusa penetralia, ac originem perscrutari non præsumimus, sed tantummodo fragmenta quæ ab eis decidunt colligere studemus.

Virtues syderũ attrahere, datum est nobis.

Annuli Planetarum, & Imagines.

VI. Quomodo superiora & Medicinæ in nos agunt.

Amplius autem etiam hoc examinandum est, de Longa Vita, qua ratione modoq;, quaúe essentia Regnum, Medicina, Regiones, et superiora suas in nobis vires exercent et perficiunt, vt nos virtutum, quas illa continent, compotes efficiamur, pq; eas in meliorem statum longæ vitæ perducamur. In quibus sanè considerandis, quæ ipsorum virtus sit, et quopacto nobis veniat in auxilium, scitu ne-

Superiorum virtus immortalis.

cessarium est. Est ergo earum virtus tantò nostra melior, quòd minus mortalis est, quàm quæ est sensibilium: Potestq; nobis adiumento esse, tanquam oleum ligno, quod ardere non potest, si nulla ei inerit olei, aut resinæ copia. Prædictarum itaq; rerum virtutes, excellunt longè nostras omnes, adeò vt minimæ earum virtutes, nobiliores multò sint nostris maximis, hanc nimirum ob causam, quòd earum essentiæ et proprietates, Naturæ, qualitatesq;, sunt incorruptibiles et fixæ ac stabiles: neq; enim moriuntur sicut corpora sensibilia vel Homo, qui moritur, et transit virtus omnis corporis cum vita eius, fitq; cadauer. Herbæ autem, resq; cæteræ in ipsarũ essentia non intereunt. Nam si earum substantia, et materiale corporis putrescit, transeunt essentiæ in terram, et manent incorruptæ, ac rursum in suum simile abeunt, vsq; in consumptionem terræ remanentis. Si verò comestæ, ac in corpus assumptæ fuerint, transit essentia earum in putrescentia corpora, et eadem ratione ex corporibus rursum in terrã. Virtus verò, Essentia, et proprietas humana, non manet in corporibus, sed effugit putredinem. His de causis constat apertè, nos posse Essentias herbarum, rerumq; superiorum suscipere, per quas corpus nostrum foueatur, ac roboretur in virtutibus

Natura fixa.

Herbarum essentia non interit.

Hominis essentia fugitiua.

eius her-

eius herbæ: non ita tamen, vt in eius herbæ naturam aut appropriatum transeat, veluti si quis Quintam essentiam Hellebori assumat, protinus corpus quoque eius æquè laxet àc Helleborus: Hoc enim non fit. Aut si Aurum comedat, ipse quoque aureus reddatur. Neque hoc enim ita est. Duplex enim in his est discrimen, Vnum appropriatum, alterum Materiale in corpore. Omnis earum virtus manet in corpore, hoc est essentia, quæ non appropriatum est, sed est esse, ex quo prouenit essentia, quæ multiplices tandem variasque continet in se proprietates, et appropriatas naturas. Huiusmodi essentia cùm intra corpus venerit, permiscet sese cum humoribus vitæ, Sunt enim in eos inclinatæ. Ac quemadmodum quatuor humores habent munus sustinendi et conseruandi spiritum vitæ: Sic essentia sola humores conseruat, in quibus vita rei consistit. Atque duo humores hac ratione in vnam concordantiam cöeunt inuicem, permiscenturque sibi mutuo. Internum nanque Ens suscipit in se externum Esse, illudque in suam imaginem informat, vt vnica res, vnicaque vnio ibi porrò efficiatur, quæ separari amplius nequeat, veluti cum duplex vinum sibi mutuo inuicem commiscetur atque vnitur. Atque adeò hinc consumptio corporis euenit, quod humani humores semper morta-

Corpus.
Esse.
Essentia.
Appropriatum.

Essentia rerum Humoribus vitæ permiscetur.

Vnio duplicium humorum, interni & externi.

Consumptio corporis vnde.

les atq; corruptibiles sunt et transitoriæ, vnde etiam essentiæ rerum inquinantur, maculanturq;: donec ad extremum ipsæ quoq; debilitentur. Duo nanq; contraria inuicem coniuncta sunt, in eo quòd eorum vnum corruptibile est, vt humor vitæ: Alterum fixum ac stabile, vt Essentia rerum, vel humorum rerum, vel liquoris rerum. Auxiliatur itaq; fixum tantisper, donec et ipsum consumatur: tanq; Talkum, cui cùm nullus noceat ignis, nec eum destruat, temporis tamen prolixitate tãdem aliter cõsumitur, et destruitur. Sed, de quo vel maximè cõqueri nos decet de longa vita, Hoc vnum est, quòd priuati sumus eo intellectu, quo sciremus quid assumendum sit, quoue vti nos oporteat medio, cùm languor fixæ essentiæ aduenerit, cumq; ipsa quoq; incipit debilitari, tanq; Leo iam emeritus, cui nullæ amplius vires suppetunt. Sic nos quoq; postquam nulla tãdem Igni suppeditare ligna possumus, quin putrescant, ad æternum accedere laboremus: Atq; hic plura de his scribere quiescamus.

Fixum & corruptibile coniuncta.

Homo priuatus intelligentia rerum.

VII.

De naturis locorũ.

Verùm enimuero certò vtiq; nobis constat, Et Medicinas, et Regiones esse in quibus nulla omnino mors est: in quibusdam verò tarda, prouecta, et grandis senecta, propterea quòd concordãtiæ, quæ humorem vitæ prolongant et conseruant, eis ad superfluita-

perfluitatem vsq; insunt. Quamuis autem nõ ignoremus quasdam mortales adhuc esse, etiamsi longas admodum ætates viuant: earum tamen nullam hoc loco facimus mentionem, nihilq; de ijs vel scribim9 vel cogitamus: Duntaxat id pariter attẽdim9 quasdam immortales esse, vt ex hoc intelligatur, qui sint gradus mundi, quæq; summa naturalis virtus mundi, tùm quantopere homo in eo delectetur ac exultet in longa vita, quòd nimirum dupliciter intelligi debet. Mortale enim est, quod consumptionem mũdi non potest attingere: Immortale verò quod cõsumptionem mundi attingit, licet tandem mortale sit: Huiusmodi autem est Permansura mundi in sua substantia vsq; ad Terminum: Quæ verò in mundo sunt et crescunt, eorum hoc quidem mortale est, illud verò immortale, naturaliter inquam loquendo: quæ tamen non ex eodem similiter procedunt mundo, sed ex eius diuersis Regionibus, vt sunt Paradysus et Externus. Horum in vno, id est, externo, viuimus nos per Gratiam, Spem, et Solicitudines sustentatiõis quisq; suæ, iuxta suas cuiusq; vires. In Paradyso autem, qui secundus mundus est, nulla mors est, non quòd sit hoc ꝓdigiosum, tanq; miraculum, sed naturale. Estq; hæc naturalis eius secundum naturam suam operatio, quod sicut Aurũ nostrum

Mortale quid.
** Consummationi.*
Immortale.
Permansura mundi.
Mundi regiones, duæ.
Externus mundus.
Paradysus.

nostrum præseruat à Lepra, sic ipse quoq; præseruat à morte, non per miraculum, veluti si quis mortuus resuscitetur, hoc nanq; miraculum est, * vt à nobis de Cœlo et Mundo positum est. Omnia em̄, quod nobis vel maximè scire conuenit, quæcunq; in Paradyso crescunt, æquè tàm in substantia, quàm in essentia, immortalia sunt: quod nobis externis non datum est. Nam solummodo essentiam habemus fixam, corpus verò corruptibile, quæ scilicet ambo in Paradyso cōseruantur. Sed quòd nos multa de Paradyso scribere sciamus, non est experientiæ nostræ, nisi quantum nobis indicat essentia terræ, quæ Centrum tribuit. Neq; verò aut explicandum est, aut disputandum quid in eo sit: exuperat enim hoc quoq; peregrinationem nostram. Quem autem Paradysi ordinem quidam ponunt secūdum quandam * spectralem mentem, id rectius in profundo somno, quàm ieiuni ac sobrij loquerentur. Nos autem ideo eius mentionem hoc loco fecimus, quòd vita eius sit æterna, respectu consumptionis, aut fortasse etiam vltrà, quod à nobis absconditū latet. Quapropter quicquid ex Paradyso ꝓuenit, id omne immortales nos redderet, nisi à nobis id aliorsum Nilus ablueret, eaq; nos virtute priuaret. Itaq; cùm violenter erepta sint nobis eius Materialia, et

sed per proprietatem suæ naturæ.

** speculatiuam.*

Paradysi vita est æterna.

lia, et Regiones, et diuina illa, quæ nostra scripta penitus obscurarent de longa vita: statuimus, quãtum nobis consequi licuerit, prosequi, ac latius hæc explicare: ea verò euitare et repellere quæ nos defendere nequeunt: diligenti animo, quẽ in finẽ quæq; res prædestinata sit, expendentes.

Vt igitur hunc in modum de vita longa exactius ac profundius loquamur, vtq; perstringamus ea omnia, quæ in longa vita conseruanda sunt, quorumq; sanitati subueniẽdum est: Meminerimus duo esse, vt supra ab initio dictum est, quæ nostram sanitatem corrumpunt, vel conseruant, Mens videlicet et Ens. In his duobus omnis vita nostra consistit, Sanitas quoq;, et quibuscunq; ad vitam tuẽdam vtimur. Ex Mente nanq; ea nos gubernant, quæ ex ipsa promanant, vt Incantationes, Imaginationes, et Æstimationes, et Influentia quæ in ijs operatur, actiuaq; est. Ex Ente moderantur nos alia, quæ ex Ente procedunt, vt Cõplexiones, Qualitates, Mẽbra, Ossa &c. Incantationes igitur, Æstimationes, et Imaginationes in animis nostris, inebriant et suffocant animos nostros, si cogitatiões fuerint supra intellectum: atq; ita ex magnitudine fortis imaginationis, æstimationis, et Incantationis, submergitur ratio; sicuti cùm ab odore Rosæ introducitur syncope et

VIII. Accedit ad PRAXIM.

Duo conseruantia vel corrumpentia ENS, & MENS.

Ex mente. Incantationes Imaginationes Æstimationes Influentia.

Ex Ente. Complexiones Qualitates.

Animus ex mente obruitur, & Ratio submergitur

Influentia est magistra Incant: &c.

cope et amentia. Influentia quoque habet suum regimen in mentem, ita vt dominetur prædictis tribus, et ea nobis magistra sit et gubernatrix: non quod in mente nata sit, vti supradicta tria, sed quòd illa adeò potenter inclinent in ea, et per eam, vt possint nobis in bonum vel in melius mutari. Sicuti cũ Sol penetrat vitrum, et mutat id secundum eius naturã quod post vitrum est. Sic etiam animus noster immutatur ex nostra naturali vita, sicut Styria à Sole liquescit et in aquam mutatur. Quæ verò ex ente proueniunt, corporales nobis infirmitates adducunt, quæ ex complexionibus, et qualitatibus oriũtur, vti complexiones initio ex Ente procedunt, quod ipsum per humores conseruatur, vt de conseruatione corporis patet. Nihilominus tamen nõ est necesse eiusmodi infirmitatum Mentis et Entis originem et principium attendere, aut essentiam earũ: neque etiam considerare quid Cholera, quid Phlegma, quid Sanguis, quid Melancholia sit, Sed generaliter, vt in sequentibus indicabitur, procedendum est.

Morbi corporales ex Ente.
4. Morbus.
3. Complexio.
2. Humores.
1. Ens.

IX.

** De mentalibus tandem paucis dicturi:*

Processum itaque longæ vitæ, principio duntaxat in naturalem praxim referemus, * cùm Naturalia nullo sint mentalibus adiumento, nec secundum originem esse possint: itidemque neque mentalia cor-

poralibus

poralibus vtilia esse et opportuna. Atque imprimis Corporalium in substantia modum asignabimus, mentalium verò hac in cura obliuiscemur. Corporalium itaque substantia in solo humore vitæ, in quo vita consistit, et ex quo aliæ complexiones regunt et excoluntur, conseruanda est: neque complexionibus aut qualitatibus, in renouando aut purgando eos, insistendum est: sed neque vitium epatis aut splenis considerandum. Conseruatio nanque eiusmodi vitia tollit, et ejcit omnem defectum pristinum, et omne quod in corpore superfluum est: ac in æqualitatem mixtionis illud mensurat. Neque verò huiusmodi operationes ex specificorum excellentia habet conseruatio, sed ex sua incorruptibili essentia, quæ ipsi inest. Superioribus igitur hac in parte posthabitis praxim cum processu suo indicabimus, in quo primum Regimen obseruandum est, deinde cursus et natura Regionum, postremò Medicina: atque ita secundum tria hæc conseruatio habenda est. Quod autem de Regimine et Regione obseruandis ponimus, id minoris vsus est, Cum minima in his duobus cura Conseruationis comprehendatur, eius autem summa in vnicum competentem ordinem et processum medicinæ referatur. Omne igitur solatium nostrum in sola ponimus Medicina, quæ non solùm

Corporalium substantiam in humore vitæ.

Conseruationis affectus.

Virtus conseruationis vnde.

Processus & Ordo Praxeos.
Regimen.
Regiones.
Medicina.

Medicinæ Conseruat: Virtus.

1. *Reiuuenescẽtia.* hominem cõseruat in ea iuuentute in qua eum reperit et apprehendit: Verùm etiam bruta. Huiusmodi enim insignis essentia, quæ in rebus naturalibus, corpori excellenter addicta est, tanta taliq; virtute
2. *Robur.* intendit corpus, vt nullæ illi vires, robur nullum,
3. *Accidentis ablatio ex putredine.* nihilq; virilitatis decedat: Nullus etiam morbus illi accidat, cum nihil patiatur putrescere, ac ideo iuuenile sit, quia ex putredine nullus oriatur morbus:
4. *Accidentis ex superfluitatibus ablatio.* Nihil etiam superfluitatis nimiùm abũdare permittit, quare neq; ex abundatia morbus vllus aduenire potest: insuper nihil corrumpi sinit: ob eamq; cau-
5. *Morbi ex corruptione ablatio.* sam ex corrupitone nihil permutari valet. Defen-
6. *Defensio ab omnibus morbis.* dit autem corpus ea ratione, vt accidentalium morborum nihil in ipsum informari aut imprimi queat; neq; infirmitates ortæ ex Tartaro possint subsidere, si quid verò subsedisset iam ante, id tollit ex corpore, atq; adimit.

Cæterum descriptionem Medicinæ: quam nos de Longa vita in suo Recepto componimus, non *Scripta Theophrasti non plebi sunt scripta.* secundum vulgarem communis plebis morem ac rationem intelligi oportet, cùm eam nobis solis scripserimus, atq; illis, qui artis quadam ex parte notitiam habent. Praxim itaq; hac ratione exordiemur, quàm breuissimè indicantes quomodo sit ea vtendum, quoq; modo conficienda sit, Quanq; autem

communi

communi turbæ incognita est, et intelligi ab ea nequeat: tamen propter eos solos apponimus, qui rebus in talibus supra communium hominum rationem sapiunt. Vsus igitur eius hoc modo intelligendus est. Huius Conseruationis sumatur singulis mensibus, semel, drachmæ vnius pondus in vino generoso, si senectus non omnino fuerit decrepita. Quòdsi verò in declinationem peruenisset, accipienda erit singulis septimanis, drachmæ vnius pondere: Simili quoq; pondere si ad nonagesimum aut centesimum annum attigerit, tertijs quibusq; dieb9 sumere conuenit. Obseruandum tamen est, quodsi homo infra humanarum virium imbecillitatem languidus fuerit, debere illi maiori pondere quàm vbi tanta debilitas non adest, exhiberi. Varium enim est et multiplex robur à natura hominis in suis gradibus, vt alter altero plus efficere, patiq; posit, minusq; lædatur, quàm alter, cuius scilicet ratio etiam in Conseruatione habenda est, ob eas, quas supra diximus causas. Contingit autem sæpius naturam hominis adeo imbellem in seipsa esse, vt omnino cõseruari nequeat, eò quòd inde à natiuitate nulla in ea radix aut fundamentum boni fuerit, quod exemplo ita percipies, si perpendeais fungum eiusmodi ignẽ nullum præbere posse, qualem ligna exhibet.

Medicinæ conseruationis Vsus.

Pondus pro ratione virium obseruandum.

Naturæ imbecillitas extrema.

Quapropter etiamsi absolutum quodammodo sit, delinquit tamen et peccat, in primæ compositionis et perfectionis integritate, quæ ad naturam pertinebat. Itidem de fœmineo etiam sexu intelligendum. Nam si Conseruatiuum illis exhibitum fuerit, menstrua earum in altera senecta non deficiunt, neq; fœcunditas ipsarum cessat, si à natura ad eam aptæ fuerant. Expellit nanq; Spiritus vitæ id omne ab eis, quicquid in ipsis contrarium aut repugnans est. Et confirmat eas eo modo et statu in quo inuentæ fuerint. De infantulis verò, et fœtibus nondum natis scire conuenit, quòd si in tali conseruatione nascantur, omnium saluberrimam complexionem eos habituros, quæ ipsis planè salutaris est contra omnes alios morbos, vsq; ad conseruationem longam.

Fœmineus sexus.

Infantes in Conseruatione nati.

X.

Cùm igitur nostra longa vita in tribus consistat, vt in spiritu vitæ, qui totam vitam nostram sustinet et conseruat: Et in humoribus vitæ, qui ipsum renouant, ex quibus tandem aliæ complexiones et qualitates nascuntur, sicut truncus et rami ex vna radice: ideo componimus Receptum Conseruationis tantum ad hæc tria: iuxta verò cogitamus Spiritum rationis defendere ex conseruatione naturæ ab accidẽtibus, quæ ingruentia essent ex complexionibus, vt tristitia, aut nimia lætitia, quæ ex ijs nascuntur et ꝓueniunt

Longa vita in tribus consistit.
Spiritu vitæ.
Humoribus vitæ.
Complexionibus.

Spiritus rationis ꝑ Conseruationem defenditur integer.

ueniunt rebus, quæ ex humoribus quatuor oriuntur, vt Complexiones, Qualitates etc. Neq; tamen singularis medicina singulis his separatim dabitur. Nam si ipse duntaxat Spiritus vitæ defensus conseruatusúe fuerit, erunt protinus et quatuor humores vitæ præmuniti et conseruati: in quibus si nullus est defectus, nihil vtiq; mali ex eis proueniet, vt complexiones &c. Hoc modo itaq; Corpus, et quicqd in eo est, bonum est ac salubre, per quod sanè Spiritui rationis nihil accidere potest, quod corporeæ grauitatis impedimento ipsum valeret immutare, sed conseruat ipsum in bono esse et natura. Sic etiam de visu, auditu, gustu, tactu, iudicãdum est, eos q́q; simili via in tali statu conseruari.

XI. *Processus recepti ex Simplicibus & Archanis.*

Processum igitur Conseruationis, cuius meminimus, hoc modo constituimus et describimus duplici via, vna de Simplicibus, altera de Archanis. Quanquam non velimus diuidi simplicia ab archanis, sed simul componere, et recipere, cùm Simplicia nobis indicent, se ita mirabilibus pollere facultatibus, vt ad centesimum supra quadragesimum annum senectutem extendant, quædam ad centesimũ et vigesimum, quædam ad centesimum: quas quidem facultates, virtutibus Archanorum æquiparamus in Conseruatione. Essentiam enim Simplicium, quæ

Simplicium virtutes ad annos. 140. 120. 100.

um, quæ tantam indicant, exhibent, et prolongant ex seipsis senectutem, non minoris æstimamus, àc Archanum. Horum in numero sunt folia Dauræ, quæ ante vigesimum annum supra centesimum nō patiuntur mori, cuius virtutes nos de Natura rerū perscribimus, et tamen earum maiorem partem reticemus, ob euitandas superstitiones. Sic etiam flos Sectæ Croæ, centesimum annum se vtenti tribuit. Sunt præter hæc plura, neq; his inferiora putanda, quæ in præsentiarum missa facimus. Archana verò quæ simili modo, vti de Simplicibus diximus, conseruant, maioris cuiusdam virtutis efficacia sunt q̃ simplicia: eò quòd confortant et nutriūt magis, magisq; admirabilia sunt in nutriendo Radicales humores, quàm hæc simplicia, vt carnes, et olera, nutriunt utraq; quidem hominem, impari tamen modo: Vnum quippe multò plus viriū præstat quàm alterum, quod natura in seipsa percipit, maiore cū gratia et vtilitate. Receptum itaq; Conseruatiōis ad duas vel tres ætates in viris et mulieribus, hunc inmodum ponimus.

Folia Dauræ. 120.

Flos Sectæ Croæ. 100.

Archanorum virtus superat simplicia.

Recipe Florum Sectarum, vnciam vnam.
Foliorum Dauræ, vnciam semi.
Essentiarum Auri,
Perlarum, ana vnciam semi.
Croci,

Croci,
Chelidoniæ,
Melissæ, ana drachmas quinque.

Misce omnia secundum morem Artistarum inuicē, in vnum compositum, et conserua in vase vitreo, & vtere vt præscriptum est. Hæc enim medicina sufficiens est etiam in cura expulsionis * membrorū accidentalium dictorum, et descriptorum, qui veniunt in futuris.

* morborum.

XII. DE MENTALIBVS.

Iam verò de Mentalibus animum nos intendere conuenit, et vniuscuiusque causæ singularem curam afferre. Morbi enim qui ex Mente, vel in mente peruenient, multis modis diuersisque euenire possunt, in quibus vna causarum non est alteri similis, sicut iam enumerauimus. Inprimis autem de ijs Mentalibus dicemus in quibus eos intelligimus morbos, qui ex Astris et superioribus corporibus veniunt. Atqui cùm incognitum sit nobis quæ sit origo rerum superiorum, quidúe in natura earum sit: eo quòd sicut tactu eas comprehendere non possumus, neque perspicere, neque eis cohabitare, ita etiam sint in earum virtutibus nobis inuisibiles et incomprehensibiles: ideò ex eo solo loquimur, quod earum virtutes et effectus ex eis procedentes videmus, et obseruamus, secundum indicia eorum quibus sese declarant.

Morbi ex Astris.

Astra ab affectibus cognita nobis.

rant. Secundum hæc itaq; nostram constituimus praxim. Hoc autem imprimis statuimus intelligendum, quòd earum operationes, duntaxat in Spiritũ Mẽtis agũt, quemadmodũ pluribus in locis meminimus, ita scilicet vt Mẽs nostra in eis suffocetur et submergatur, non adimus verò cœlestibus suos cursus, cùm id impossibile sit factu nobis: Contranití verò et obstare eis potestatem habemus: sicut murus enim Machinarum globis resistit: Ita etiam Astris obstari potest: Cuius ratio sumatur à Lapide. Quemadmodum enim si lapis quispiam, in quẽ certa Solis influentia inclinata est, aquis immersus iaceat: immunis et intactus ab ea Solis influentia permanet, eo quòd Sol obstante aqua in eum operari nequeat. Sic etiam quæ influentia in hominem ventura est, duplex est, vna, quæ secundum naturam informata reiq; impressa est, et auferri non potest, vt cùm gramen in campo sine Sole et superioribus crescere nequit, sicut aliis in locis huius causas annotauimus. Similiter omnino vna quidem superiorum constellatio est, quæ nos conseruat: sicut nutrimentum corpus. Altera est Accidentalis, quæ nobis obesse potest, quod prior non potest, sicut de Planetis et similibus quotidie videmus: contra quam constituimus nos eiusmodi præconseruationem, vt effectus co-

Astra in spiritum mentis agunt.

Astris quomodo resistendum.

Exemplum de Lapide in aquis.

Influentia astrorũ duplex, Essentialis et Accidentalis.

ctus eorum non perficiatur in nobis, * est naturæ. Huiusmodi autem Conseruationem fieri posse per Annulos Planetarum, Et per Imagines secundum Constellationum influentiã factas, vt De Imaginibus scripsimus, intelligendum est idq; tali virtute, vt Annulus habeat in se Naturam, virtutemq; Planetæ, et defendat hunc contra illius accidentia. Verumtamen, quò ad conseruandam vitam longam, nobis ista minimè placent ob multas causas. Id tamen sciendum est, quod Influentia, à mente, in aliud quiddam. auertenda et dirigenda est, vt si Mars interitũ mihi minaret, meq; condẽnaret, essetq; hæc talis in ipso inclinatio Mentis, per quam oporteat me in ægritudines Mẽtis incidere: faciam mihi *Homunculum meum*, Et Transibibit operatio eius in eam Imaginem, in eaq; exonerabitur. Nam in Homunculo est consummata potestas resistendi, eo quòd leuis facilisq; sit in eo animus, in quo Planeta suum velle, et robur sine obstaculo et repugnantia perficere potest. Transit itaq; in facilius, et relinquit difficilius intactum. Est enim * instar hominis et naturæ, estq; eo inclinatus, vt naturam meam destruere velit: Incipit ergo ab imbecilliori: in id primum impingit, manetq; in eo. Quamuis autem plures huius rei causæ sint, non tamen hic recitantur,

sicut per se possibile.

Annuli Planetarum.

Imagines.

Generalis scopus cõseruationis in Mentalibus.

Homunculus.

Planeta.

cùm non faciant nobis pro conseruatione longæ vitæ. Hoc itaq; modo et via conseruatio Mentis fit, vt tali ratione superiora in aliud minus resistens ab ipsa dirigantur, maneamusq; nos in animis nostris liberi, et exonerati graui superiorum pondere, ex quo plerisq; mors aduenit.

XIII. *Incantationes.*

Itidem autem etiam contra Incantationes Conseruationem ponemus, ne scilicet Longa Vita per eas incantari et auferri posit. Eiusmodi autem remediorum plurium, aliis in locis meminimus, non tamen ea ratione vt conseruationes sint, sed vt curæ incantationum. Eandem autem de his quoq; rationem proferimus, quòd sicut de Mente et Astris perversa diximus, eius influentiam in Homunculos esse deriuãdã, ita etiã in his istarũ virtutẽ alio esse trãsferendam censemus. *Incantationis vis.* Est enim Incantatio, eiusmodi operatio quæ omnino perinde mentem ac omnia membra constringit vt Astrum, materialiter et entaliter, cuius tamen fundamentum est ex animo nostro, sicut de Imaginationibus dicetur et agnoscetur. Quare necesse est Incantationes quoq; in aliud quoddam obiectum deriuari, non tamen in idem in quod de Astris diximus, sed quod proprium est ad Incantationem suam, Cuius quidem ratio eiusmodi est.

Fac Homunculum ex Cæra in interioribus essentijs, quem pone in suum locum. Hoc nanq; quicqd incantatoria arte contra me struetur, in Imaginem transibit. Est enim exitus eius ex Mente, sicut et Incantatio ex Mente procedit. Concurrent itaq; mentes et nulla ex parte periculum vllum aut operatio contraria in alterutram partem orietur. Quomodo igitur per Imagines Incantationibus resistatur, hoc modo dictum sit.

Imaginatio. Similiter autem et quæ contra me Imaginatio facta est, quæ adeò fortificari et intendi potest, vt per alterius Imaginationem, moriendum mihi sit: amouenda est ac in aliud quiddam retorquenda, ne ego vna cum Salubritate et Longa Vita mea debiliter. *Exemplum.* Propōamus exempli gratia, quempiam inimicum mihi, sitq; is non Incantator quidem, sed tamen animo et Imaginatione vsq; adeò mihi cōtrarius, vt per eam vita mihi sit amittenda, mihi verò ignota sit eius contra me Imaginatio in animo ipsius sepulta. Ego itaq; animum meum ita contra quieti dedo, *Pietas.* vt cogitem de me omnibus satisfacere, nullum autem vlla iniuria lacessere: Atq; huiusmodi benigna et miti clemētia impeditur illius Imaginationis summa inuidia, quæ contra me emanabat. Est enim Pietas summa conseruatio contra Imaginationē, quæ

aduersum me fit, aut futura est.

XIIII. Æstimatio.

Sic et Æstimatio quæ in nobis ipsis est: vt cùm maiora profundioraq; æstimo, quàm ratione intelligentiaq; mea assequar: fit istiusmodi æstimatio mihi in submersionem rationis meæ, ita scilicet, vt et æstimationem et rationem, vtraq; amittam, per earum inordinatam commistionem, vt alibi De Existimatione dicimus. Contra tales æstimationes optima Conseruatio est, non supra quàm ferre potest, animum extendere, vnde omnes huius generis existimationes procedunt, contra quas Conseruationem ponimus talem, vt cùm æstimemus De DEO, supra excessum rationis nostræ, solabimur nos Homunculis contra Astra, qui eiusdem, cuius et nos, naturæ sunt, atq; ita nostra eiusmodi speculatio quæ supra vires est, quæq; nos corrumpere potest, transit in Homunculum, in quo nulla est resistentia nec contrariatio: Et tamen speculatio ad suum finē perducetur, quamuis sine damno et periculo, ex eo quòd diuisi sunt sensus qui sunt in me, et qui sunt in Homunculo, cum differentia Perfectionis et Imperfectionis.

Ad Sobrietatem Sapiendum est. Rom: 12.

Sensus in Homunculo.

Per huius generis æstimationes autem et Imaginationes multæ Superstitiones perficiuntur, quæ neq; Incantationes sunt, neq; Imaginationes, neq; Æstima-

Superstitiones.

Æstimationes, sed Superstitiones, vt si vana fide credidero, certò quempiam ex Domo mea moriturum, si in tecto domus meæ Corui crocitauerint: (suntq́ plura alia ei9 exẽpla nõ necessaria recẽseri.) Huiusmodi vanæ credulitatis Superstio, potest, me vel in morbũ deijcere, vel deiectum interficere, Causam autem eius De Superstitionibus explicamus. Conseruatio autem mea contra eiusmodi Superstitionem est, Credere eiusmodi crocitationem indicium duntaxat esse naturæ eorũ, nec præterea quicq̃ insani ac stulti significare. In hac fide Superstitio frangitur, eo quòd in dubium eam reuoco, existimoq́ stultum esse. Nulla siquidem res fortius ac facilius Superstitionem frangit ac debilitat, quàm considerare esse Stultitiæ plenas. Atq́ Superstitio tota depellitur. Nã cõsensus facit Actũ, qui tali ratione destruitur si considerem simplicit atem et Stoliditatẽ meam, meæq́ credulitatis. Neq́ de coruis solis res ita se habet, sed etiam de rebus alijs, quas hic De Vita Longa recensere nihil attinet. Atq́ hunc in modum De Conseruationibus satis dictum est.

Fides.

Consensus facit Actum.

Quamuis verò difficilius fortassis intelligamur, tamen id eis contingit solis, qui neq; nos, neq; naturam congnoscunt, in qua nulla est fortuita contingentia.

gentia. Qui enim non hæc intelligit, eum De Longa Vita non faciemus plus intelligentem: Qui verò fundamentum habent, illis processum nostrum scriptum volumus: illisq; satis apertè locuti sumus.

APPENDIX.

Victus ratio.

SI Cibi Potusq; regimen nobis calamo perstringendum est, hoc solum annotabimus quod ad longam vitam potissimum pertinet, aliis alia committentes. Cibus itaq;, siue quotidianum nutrimentum, medicina hac præparatum sit oportet, vt per ipsum in humores qui in corpore delitescunt, et ex conseruatione natæ sunt, diuidatur. Hi enim cibo potuq; adimi possunt. Regimen namq; complexiones respicit, et nutritionem sanguinis atq; Carnis: Conseruatio verò ad Spiritum vitæ et humores pertinet. Deinde etiam illud sciendum est, Curationes infirmitatum et ægritudinum fieri debere per conuenientia medicamina, aut per Quintam essentiam, specialiter huic infirmitati conuenientem, Eiusmodi autem medicamina hic nō ascribimus, cùm in Physicis multis in locis eorum mentionem fecerimus, et ea descripserimus.

Humores victus ratione adimūtur.

Conuenientia medicamina.

Moderata Dieta.

Optima autem regiminis ordinatio est ad longā vitam, MODERATA DIETA, quam quorsum atti-

ſtem attinet nos declarare, cùm Medicorum cuiq; aperta ſit, cui nos duntaxat vnum hoc addimus, vt nutrimentum à ſua immunditie ſeparetur, quemadmodum nos de Separationibus elementorum locuti ſumus: atq; eo modo vtamur nutrimentis Separatis cibi potuſq;, cum moderata Dieta. Eſtq; hæc lõgæ vitæ admirabilis conſeruatio. Nam reddit tàm ſanguinem quàm carnem viuidam et vegetam, nec vlla ægritudo per aſſumptum nutrimentum noxã corpori aliquam inducere poteſt. Omnes quippe cibi potuſq; qui ſepati ſunt ab immũdicie ſua, morbum nullum generant. Fundamentum itaq; Regiminis eorum qui longam vitam cupiunt viuere, in ſeparatis nutrimentis ponimus, multas ob cauſas, quæ hic recenſendæ non ſunt. Quamobrem Regimen longæ vitæ ſufficienter dictum hoc modo cõcludimus: Separationem verò cibi potuſq; deſcripſimus in volumine noſtro Archidoxis vel de Separationibus elementorum, et puri ab impuro. *Nutrimenti præparatio per ſeparationem.*

Ad eundem autem modum etiam de locis et Regionibus, in quibus longa vita peragenda ſit, dicẽdum eſſet, verùm quia ſatis ſcriptũ eſt de toto hoc negocio, qui aër, qui ventus, quæue terra melior ſit, ideo hæc ſcribere ſuperſedebimus. Illud verò addendum ducimus, Quòd in elemento ignis nul- *Regionum ratio.*

la infirmitas oriri poteſt quæ ſit aquoſa: nec in elemento aquæ, quæ ſit ignea: idemq́ de terra, et de aëre ſentiendum. Quod enim in igne eſt, et quod in elemẽto ignis viuit, eſt contra alias omnes infirmitates, exceptis * igneis et morte. Quapropter cogitandum eſt, æqualitate quadam per elementa vtendum eſſe, in qua conſiſtit longa vita. Ea autem in ſolo labore Sophiæ eſt, in quo fiunt operationes elementorum, perfectis virtutibus et abſolutis certiſq́ effectibus virium ſuarum, ita vt hoc ſolum cõclusum, omnem hominis infirmitatem tollat. Reputamus igitur, et meritò, laborem Sophiæ, eſſe huius mundi Paradyſum ſecundum, in quo nulla oritur infirmitudo, nullus permanet morbus, nulla viuit fera beſtia, aut venenata, nec in ipſum ingreditur: in quo præterea nulla ſanitatis corruptio eſt. Atq́ hoc vnum ſummis precibus à Deo opt: max: flagitamus, vt nobis ab illuſionibus et deſpectu idiotarum, exemptis liceat ſcribere de labore Sophiæ, id tantùm quod nobis experientia noſtra indicat. At nunc tacendum nobis et ſuſtinendum eſt, Eſt enim admirabile quid labor Sophiæ, in qua Terra ſancta reſeruatur. Quamuis autem hoc loco tacendum ſit, tamen animus eſt in Secretis noſtris integrè et abſq́ omni defectu annotare, ac in perpetuum ſine

Æqualitas elementorum.

Labor Sophiæ.

Paradyſus ſecundus.

Terra Sancta.

fine apud

fine apud nos retinere, et vitam nostram in certum terminum componere. His itaq; De Longa vita, clarè satis et apertè dictum à nobis est, secundum intentionem nostram, et illius superni, qui omnium subtilitatum inflammator et illuminator est.

INDEX

Rerum, Verborum, Nominumq; memorabilium.

A.

INDEX.

Archana

Cineritij

Elementa

Ignis

K.

L.

N.

O.

Qu. Es. quæ-

Separatio-

Specificum

T.

INDEX.

Finis.

ERRATA QVÆ INTER RELEGENdum obuenerunt, sic corrige.

In Dedicatoria.

PRo miseram, leg. miseriam, b. j.17. Pro ostendere, leg. ostendero, b. ij.14. Pro diuisit, leg. dimisit, d. j.22. Pro mancus & mutilus, leg. mancum & mutilum, d. ij.10. Pro alijs multis, leg. ex alijs multis, d. iij. facie ij.14. Pro Atq; in, leg. Atq; vt, d. iiij. facie ij.10. Pro ideoq; contrarietatem, leg. ideoq; neq; contrarietatem, f. ij. 16. Pro vel ex compos: leg. sed vel ex compos: f. iiij. facie ij.20. Pro interdicere, leg. intercidere, h. j.6. Pro prælo committerem, leg. prælo opus committerem, h. ij. 7.

In Opere ipso.

PRo saiutis, l. salutis, fol. 1.20. Pro iu, l. in, 30.6. Pro exulat, l. exultat, 78.25. Pro ralaturos, l. relaturos, 120.5. Pro coporis, l. corporis, 135.6. Pro sigulariter, l. singulariter, 135.10. Pro romoueri, l. remoueri, 144. in marg: Pro itrigata, l. irrigata, 154.4. Pro incauimus, l. indicauimus, 168.21. Pro curandam, l. curandas, 181.14. Pro nos, l. non, 194.10. Pro mæreantur, l. mereantur, 208.21. spe, deleatur in marg. 211.24. Pro tansitoriæ: l. transitorij, 222.1. Pro perpendcais, l. perpendeatis, 229.24. Pro sepati, l. separati, 241.11.

REliqua quæ ex literarum transpositionibus, aut duplicationibus essent facilia, pius lector benignè corriget: quem maiora etiam his corrigere posse etsi non dubitemus, tantulo tamen labore eum liberandum duximus.

(*)

TYPVS DIVISIONVM AB AVTHORE DE SEPARATIONIBVS E*lementorum, Theoricè positarum. Numeri cuilibet membro superpositi, indicant ex quota diuisione membrum illud huius typi depromptum sit.*

